

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

S

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

go illum, qui hec fecerat, Rudium hominem majoris nostri in civitatem acceperunt.

Rufus, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Macr. lib. 7. Quiq; Rufus, Batulanoq; tenent. &c.

Rufinus, Vir Consularis à Fabricio Censore damnatus, quod decem pondo argenti apud eum inventa essent. Rufinus alter, unâ cū Stilicone & Gildone relictus à Theodosio seniose imperii administrator, pro tutela Arcadii & Honorii filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente: Rufinus vero in Oriente: omnes sanè cupiditate regni incensi, in suos principes arma converterunt: ex quo diversis modis oppressi perierunt. Erant in hunc Rufinum Claudiani poetæ invectivæ.

Rufimaceriæ, pluralis numeri, Oppidum Campaniæ. Cato capite 22: Veniantur ad Rufimacerias numis centum octoginta, &c.

Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Actolotum, apud Liv. lib. 32. Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cujus & res gestas, & belli apparatus descripsit. Autor Appianus. Virginius Rufus, Orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus: Virginius (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius: Nam Virginius Rufus studia juvenum eloquentia, Musonius præcepit sapientiæ fovebat. Rufus Poeta Bononiensis, cujus meminit Martialis: Funde tuo lacrymar orbata Bononia Ruso, Et resonet tota planctus in Aemilia. Rufus, medicus insignis, qui sub Trajano principe floruit, multaq; cōscripsit, quorum nihil ad nos pervenit: sæpè tamen ab aliis testis citatur. Rufus, Cornithius sophista, quaquam divitiis & generis nobilitate pollebat: plus tamè ad ejus laudem dicendi gloria, linguæq; gratia contulit. Autor Philostratus.

Rullus, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quæ Cicero in Consulatu suo evertit. Hic, teste Plinio, libro 8, capite 51, solidum agrum Romanorum primus in epulis apposuit.

Rumina, sive Rumina, ut alii malant, dicta est dea quæ rumis id est, mamms: hoc est, pueris lactentibus præsidebat. [Ger. De Dea der saugenden Brüste.] cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civitate Dei. Var. lib. 2, de Re rust. capite 11: Nō negarim, inquam, idèd apud d. v. Romæ sacellum à pastoribus satam ficut. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Cato de Liberis educandis, ut citat Nōnius: Hisce lacte fit, non vino, Cuning propter cunas, Rumina propter rumam: sic prisco vocabulo mamam appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agri.

Ruminalis ficus, Vide in APPELL.

Runcina, item à Romanis Dea credita est, quæ runcationi præfessæ: cujus meminit & Augustinus lib. 4, de Civ. Quæ runcantur segetes: id est, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinam præfecerunt.

Rura, veteres incultos agros dicebant: id est, sylvas, & pascua. Ex libro variorum autorum de Limitibus.

Ruscino, nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, nō procul à montibus Pyrenæis: cujus meminit Plin. lib. 3, cap. 4. Vulgus Rusciniensium hodie appellat.

Ruspina, sive Ruspina, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plin. lib. 5, cap. 4.

Rutheni, sive Rutheni, Populi Galliæ Aquitanicæ, Narbonensii provinciæ & Cadurcis contemini. Vulgò Rhodæ. Alii sunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluvio: hodie Rusi dicitur de eorum regio Ruspina.

Rutilius Geminus, jurisconsultus fuit sua ætate insignis: & Pontificalium librorum autor: Orator quoq; ut illa seiebant tempora, non contemnenda: cujus tamen orationes posteritati hortidæ visæ sunt & jejunæ. De hoc Cicer. in Bruto: Rutilius in quodam tristis & severo dicendi genere versatus, magnum munus de jure respondendi sustinebat. Sunt ejus orationes jejunæ, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panani auditor, propè perfectus in Stoicis. Hæc ille. P. Rutilius Cn. Manlii in Consulatu collega fuit, qui primus accitis in castra gladiatoribus, vitandorum, infectorumq; iduum rationem militibus tradendam curavit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Consule Cn. Manlii collega militibus est tradita. Is enim nullius ante se Imperatoris exemplum secutus, ex ludo Cn. Aurelii Scæuri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atq; inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit. Hic actus in exilium à patribus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi potestate facta, respondit illud quod à Senec. lib. 6, de Benefic. refertur: Malo ut patria mei exili erubescat, quam sedem mereat. Mar. Rutilius Cæsonius, teste Valerio cap. de Moderatione, iterum Censor creatus, in concione populû corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulissent, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctas ad judicium. Rutilius Lupus, Rhetor insignis fuit, ipsi etiâ Quint-

tiliano cōmemoratus, cujus etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

Rutuba, Liguriæ fluvius, ex Apeanino fluens. Plinius libro 3, capite 5.

Rutuli, pen. corr. Ῥυτῶν, Antiquissimi Italiæ populi, qui Latii partem tenuerunt, Ardeæ proximam. Hi duce Turno adversus Aencam bella gesserunt, ut latè describit Virg. 6. postioribus Aeneidos suæ libris. Plin. lib. 3, cap. 5: Tam tenuis (inquit) primordio imperii fuere radices. Colonia sæpè muratis tenet alii aliis temporibus, Aborigenes, Pelasgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

Rutupinæ, Britannicæ insulæ portus, apud Ptolemaum lib. 2, cap. 3. Vulgò Sandwich, aut Kochale.

Rutupinum, pen. prod. Promontorium Britannicæ. Lucan. libro 6:

Aut vaga quum Tethyr, Rutupinæve littora ferent, Vada Cædonios fallit turbata Britannos.

S



Abi [NIO] sibi, em. Stephano. Ger. De st. nigra st. der Widen, sonst Nere gnait. Cinnam. regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam postea Cambyses à sororis suæ nomine, Merca de nominavit. Hanc Nilus circumdant, in expugnabilem reddebat. Dicta Saba, sibi in omni, quod est colere & venerari: quia thus mittit, quo in sacris eius utuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua in yherium significati: Hieronymus vero conversionem loquitur.

Saba, bza, bzum, em. ut Sabæus odor apud Colum. lib. 10. Thus Sabæum, ex Saba, Virg. lib. 1. Aen.

Sabæus, Aethiopum rex. Qui Ausim Aegypti regem fugavit, & illius regnum quinque ginta annis obtinuit, teste Herodoto lib. 1.

Sabæi, [NIO] sibi, em. Populi felicitis Arabiæ, diuina sylvarum fertilitate odoriferæ: quorum metropolis id Saba, quam Strabo lib. 6, Meriabam vocat. His proxima est (inquit) felicissima Sabæorum terra, quæ maxima ratio est. Apud hos thus & myrta, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba valde odorata, quæ quam rursus odor cito deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoq; palmarum, colore puniceo, ut ad illa afflicentes, quarum morbus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam, otiosi, segnesq; vivunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi salubripientes pronius alter alteri consequenti tradunt, nisi in Syriam atq; Mesopotamiam. Ab odoribus autem stuporem tollunt. Merisaba, Sabæorum urbs, in monte jacerat a bonibus pleno. Sub regibus, qui judiciorum ac cæterarum rerum potestatem habent. Hædennus Strabo lib. 16. Hos Ioseph. lib. 1, à Saba Chusi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Strabo in Iosepho, quod est venerari, quod deos ipsorum thure venerarentur. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Idem 2. Georg. solis est thurea virga Sabæis.

Sabaoth, Vide SABAOTH. Sabatia Pomponio, sive (ut apud Plinium legitur) Vidua Sabatium, oppidum Liguriæ maritimum, olim nobili portu insignit. Hodie Savona.

Sabatra, Sabæorum oppidum in littore Maris rubri. Plin. lib. 16 cap. 29.

Sabastus, em. Bacchi cognomen, sibi in omni, quod verbum Phrygiæ, aliisq; nonnullis barbaris idem valet quod bacchari, sive bacchanum more saltare. Vide Cæsum Rhodig. lib. 7, cap. 15.

Sabe, Syrorum lingua mensis Februarius dicitur.

Sabelli, Populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marfos: olim etiam Samnites dicti, teste Plin. lib. 3 cap. 12.

Sabellus, a. um, Virg. 2. Georg. Hæc genus acre virum Marfos, pubemq; Sabellam.

Sabellus, id. ca, cum, Idem, Virg. 3. Georg. denterq; Sabellus exa coisus.

Sabidius, Vir Romanus galæ deditus, plus vorabat quæm posset concoquere: quo circa ita scerebat ejus anima, ut nemo posset eum eo loqui: quem Martialis Epigrammate insidatur: Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare. Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura non pondere persolvunt.

Sabina Poppæa, T. Ollii filia, & Poppæi Sabini uxor, quam Nero Othoni nuptam, à viro abduxit, illo per seipsum huptis in Lusitaniam relegato: deinde & matrimonio lib. consilia repu-

xir, repudiata, relegataq; in Pandararion insula Ostravia. Perit ictu calcis a Nerone, quâ gravida esset, percussa. Vide Tacitum lib. 3. Annal.

Sabinus, [Sabinus]. Ger. *Watte* dicitur in Italia nabe bey Rhem geten. Populi sunt in quarta Italia regione, non procul a Roma, a religione, & cultu deorum cognominati, quasi Sabinus, dicitur. Silius verò a Sabo autore gentis, Sabinos dici putat, qui libro octavo ait: pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixitli populos magna ditione Sabinos. Hos Plinius Apennini jugis vallator utrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustâ incolere agrum in longitudinem protensum, a Tyberis usq; Nomentum oppidum, ita dicit mille usq; ad Vellinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in spectaculo, quum uxoribus carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare non posset propter urbis novitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaq; ludis Neptuno peragendis, quum multum hospites accole convenissent cum conjugibus & liberis: ultimo die dato signo quum ad rapinam discerneretur, raptae sunt virginibus 63, autore Dionysio in Antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cuius exitus talis fuit, ut victi Sabini, in partem urbis fuerint recepti. Virg. Aen. & raptas sine more Sabinas Coacta cavex, etc.

Sabinus, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cuius meminit Seneca in Declamationibus. Sabinus Vespasiani frater interfecit a Vitellio, quâ Vespasiano rex contra Iudæos gerente, post Othonis mortem Capitolium cum sede lovis occupasset. Sabinus, sophista, sub Adriano principe scripsit Illogogen ad materias & hypothèses, declamationum libros quatuor: præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabinus Mafurius scripsit Fallorum & memorabilium rerum libros. Sabinus Syrus, memoranda fortitudinis, qui tempore Titus, primus Hierosolymæ muros ascendit: autor Iosephus lib. 7. cap. 1. Sabinus Tyro, qui nonnulla: id est, de re hereticis libros aliquot conscripsit, teste Plin. lib. 19. cap. 10.

Sabis, fluvius est Carmaniae, in sinum Persicum illabens. Auctor Ptolemæus, Tab. 6. Asiae, & Plin. lib. 6. cap. 23.

Sabrinus, pen. prod. Fluvius Britanniae insulae, versus Occidentem in mare illabens: cuius meminit Tacitus Annal. lib. 12.

Sabyllus, Vir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Autor Herodot. lib. 6.

Sacæ, carum, Scythiae Asiaticae populi, laxarti fluxio vicini, a Sogdianis Comedorum montibus divisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemæus Tabula Asiae septima: Perse Scythas omnes uno nomine Sacas appellant: propterea quod Sacarum gens ex omni Scythiarum genere illis proxima sit, illosq; pene solos noverunt. Plin. lib. 6. cap. 17: Vlti sunt Scytharum populi, Perse illos Sacas universos appellavere a proxima gente, etc. Hi olim Britanniam provinciam occupavere, & optimam Armeniae regionem adepti sunt, ut lib. 11. Strabo refert, atq; usq; ad Cappadocia processerunt. Sed quum ex spoliis testa celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleverunt. Hos quidam Sacalenos, *σακαλενοι*, vocant.

Saccarum, oppidum Africae propriè dicitur, non procul a Syrti magna: cuius meminit Ptolem. lib. 4. cap. 1.

Sacer mons, Trans Anienem fluvium ultra tertium miliarium appellatur, quem plebs Romana post expulsos Reges, quum nexu potentiorum premeretur, secessione facta a Patribus, urbeq; relicta occupavit: neq; nisi impetratis suis sacrosanctis magistratibus, maxime adnente Mennio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiam. *σακρ*, etc. Vide Livium libro 2, ab Vibe.

Sacra via, in urbe Romana vocata est, quod in ea ictum scelus sit inter Romulû & Tatium: sive quod cõtinuò ea utebatur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorum causa. *σακρ*, etc. Extendebatur autem a domo regis sacrificuli usq; ad facellum Syreniae, & rursus a regia usq; in arcem. Cicero pro Planicio: Equidem inquit, si quando (ut sic) iactor in turba, nõ illum accuso, qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium Furnicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atq; incidit. Hanc Horatius Sacrum clavum nuncupavit.

Sacra certamina Graeciae quatuor erant, quae a Tacito ludica vocantur. *σακρ*, etc. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemearia: de quorum institutione & praemiis abundè multa annotavimus in dictione CERTAMEN.

Sacrum promontorium, a Ptolemæo appellatur extremum Lusitaniae promontorium inter Anam & Chalyben fluvios, quod nunc appellant Caput sancti Vincentii *saκρ*, etc.

Sacrani, Populi Italiae fuerunt Romae vicini, qui a Corybante quodam Magnae matris sacerdote ea loca tenente, initium duxerunt. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat, Matrî

deum sacra facere. Servius tamen Ardeates intelligi putat, propter ver sacrum quod apud eos immolationis genus erat, quo gravidus periculis adductus, volebant quemcunque proximo vere apud se animalia nata essent, se immolatos. Vide Servium in illud Virg. 7. Aeneid. Et Sacranæ acies, & piæ scura Labici.

Sadalis, *σαδάλις*, Vrbis Aegypti. Gentile Sadaliter, Steph.

Sadducæi, *σαδδουκαϊ*, Iudæorum factio, qui Sadducæum quemdam magistrum Legis sequentes, neq; resurrectionem credebant, neq; Angelos, neq; spiritus esse.

Sadyates, *σαδυατης*, Filius Adyos, filii Gygis, & avus Croesi, teste Herod. lib. histor. 1. post patrem regnavit in Lydia.

Sæpinum, pen. prod. *σαπινου* Ptolemæo oppidum Samnitium, cuius incolae dicuntur Sæpinates: quos Plinius collocat in quarta regione Italiae.

Sæxæ, Scythiae populi, iidem qui Saçæ, de quibus iam diximus. Autor Pomponius Mela, lib. 3.

Sægrus, *σαγρου*, Ptolemæo fluvius est Asiae, qui ex Dydimò Galatiae monte nascens, & per Phrygiam, Bithyiamq; flexuoso cursu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptolem. Tab. 1. Asiae. Ovidius Sagarim effert per tertiam declinationem, libro 4. de Ponto: Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq;, Hypanisq;, Cratesq;, Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Sagræ, Fluvius est in ora Magnae Graeciae, non procul a Crotonae urbe, apud quæ Crotoniatae a Locris maximo praelio fuerunt victi. Cic. 3. de Nat. deor. De Sagra Graecorum est vulgare proverbium, qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam quæ apud Sagram. Vulgo *Sagræno* in Calabria.

Sagræus, gri. Italiae fluvius, Pelignos dividens a Ferentanis, & inter Amitemum & Orbium in mare influens. Autor Strab. lib. 5. Est & Sagrus, Asiae mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos pertingens, supra Paracetanen & Perlidem. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Saguntus, *σαγουντου*. Ger. Ein Stadt in Hispanien / heist jetzt Murvedre, oder Morvedra. Hispaniae civitas ultra Iberum fluvium, a Zacynthiis condita. Strab. lib. 3: Saguntus (inquit) occurrit a Zacynthiis condita, quam Annibal cõtra populi Romani foedera diruens, belli Punici secundi suscitavit incendiū. Huius urbis sinum eleganter describit lib. 1. Silius. Meminit claudius lib. 1. Decad. 3. Liv.

Saguntinus, na. num. *σαγουντινου*, ut Vasa Saguntina, quæ maxime commendantur. Martialis: Sume Saguntino pocula facta luto.

Sais, *σαις*, Vrbis est Aegypti, iuxta unum ex ostiis Nili, quod ab ea Saiticum dictum est.

Saites, vel Saita, *σαιται*, gentile. Cic. 3. de Nat. deor. Secunda Minerva orta Nilo, quam Aegyptii Saitæ colunt.

Sala, *σαλα*, Nomen fluvii in Germania, ut Strab. lib. 7. scribit: inter quem & Rhenum Drusus Augusti privignus domitis iam hostibus victor oppetit. Est nem Sala Mauritaniae oppidum, ad Occidentem, impositum fluvio eiusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. 1.

Salaciam, [Ger. De Wassergraben und Brunn Neptuni.] (inquit Festus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant salum clere: hoc est, mare movere. Quo vocabulo Poëtae pro aqua usi sunt. Pacuvius: Hinc saxitiam salacis fugimus. Hæc Festus.

Salambria, *σαλαμβρια*, Civitas est Cappadociae, in Gardaucrotae praefectura, Ptolem. lib. 5. cap. 6.


Salaminis, sive Salamin, pen. cor. genitivo Salaminis, pen. prod. vel Salamina. Salaminæ, *σαλαμιναι*. Ger. Ein Insel im Euboischen Meer gegen Athen getegen / heist jetzt Salamis. Insula est in sinu Saronico, contra Atticam, urbem habens eiusdem nominis, in qua Telamon regnavit, Ajaxis & Teuctri pater. Verum quum Teucer capta iam Troja, in patriam rediret, indignatus Telamon, quod Ajaxis mortem (qui inimicorū injuriis exagritatus, & in furorē conversus, sibi necem intulerat, non vindicasset, cum Salamine expulit. Exclusus itaq; a patria Teucer, in Cyprum navigavit, ubi novam urbem condidit, quâ & ipsam relictæ urbis delictio, Salaminem appellavit. Hanc hodie *Constantiam* appellant.

Salaminis, *σαλαμινιου*, Nomen gentile, a Salamine urbe deductum. Cic. pro Archia: Homerū Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt: Smyrni vero suum esse confirmant.

Salaminis, a. um, possessivum: ut Salaminii trophaeum, apud Cic. 1. Tusc. & Salaminicus, aliud possessivum. Lucan. lib. 33. Ve Salaminicum meminit mare.

Salanga, *σαλαγγα*, Mons altissimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam: a Salanga, Bartulani primi habitatoris Hyberniae filio dictus. Hodie Mons D. Dominici appellatur, a monasterio a Divo Dominico ibi extracto.

Salapia, Vrbis est Apuliae Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.



Salaris via. Ea dicta est quae ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari deferabant. Plin. lib. 31. cap. 9. Sicut apparet ex nomine Salaris viae: quoniam illa sal in Sabinos portari consueverat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 2. Nosti materterem meae fundum in Sabina, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma.

Salsis, apud Ptolemaeum lib. 3. Populi sunt sub Insulubris: hodie *Marchia Saluta*.

Saldē, colonia, Mauritanie Caesariensis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptol. lib. 4. cap. 1. Creditur esse ea, quae vulgò *Algeriam* vocant, regnū Ariadeni Barbarossie, Turcicae classis praefecti.

Salentini, *σαλεντινός*, Populi sunt in finibus Ital. & proximam Apuliae peninsulam incolentes, quae est inter Tarentinum solum, & fauces Adriatici prostrata, circa Brundisium, & Rudiaz, in isthmum contracta, latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremis ejus peninsulae finibus sito: quod & *ἡγεμὴν ἰσχυρίας* appellant. Festus tamē à solo dictos mavult, fortassis ob id, quod pendē circumquaque mari ambiantur, tenui tantum isthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illytiis, qui societate cum Locrensibus in Italia, in locis confederant.

Salentinum, pen. prod. *σαλεντινός* Ptolemaeo, Promontorium est extremum totius Italiae, quo illa quam longissimè in mare excurrit: quod alio nomine *ἡγεμὴν ἰσχυρίας* Graeci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Sale, Segnum est Mizoniae, eodem in loco in quo olim Sipyllum, totius regionis caput, terrae hiatus defecit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

Salerum, Picentinarum oppidum in Italia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

Salsa, Fluvius est Hispaniae ad oram Britannici maris, à quo Salariae accola dicitur, quos Salmos Ptolem. lib. 2. cap. 6. nominasse existimat Hermolaus.

Salii, orum, Germaniae populi, qui & Franci dicuntur, ejus regionis incolae, quae vulgò *Francica* vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Constantino scribens: Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Fracos, eos videlicet, quos confuetudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluvio. Fracia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mæno, Radiantia, Aelio, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occuparunt, Franciamque de suo nomine appellarunt. & Ab his Salii putat Aelianus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Franciam.

Salii, [*σαλῖος* Ger. *Salien* Martis so umb dicitur tanqueten] Sacerdotes Martis: sic dicti, quod in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 4. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosque Luperos. Lanigerosque apices, & lapsa Ancilia caelo Extruderat. Liv. lib. 1. ab Vrbe: Numa item Salios duodecim Martio Gradivo legit, tunicisque pictae insignie dedit, & super tunicam aenei pectori tegmen, caelestiaque arma, quae Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, solenniisque saltatu iussit. Cic. 5. de Oratore: Non neglecta, ut mihi videtur, à Numa rege doctissimo, majoribusque nostris, ut epularum solennium hdes, ac tibiarum, Saliorumque, versus indicant. & Vocatur etiam Salisubfili à Catullo Epigr. 17. ad Coloniā: Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, in quo vel Salisubfili sacra suscipiunt.

Saliariae, saliare, [*σαλαριός* Pol. *Salary* *moderatio*]. Quod ad Salios pertinet: Unde Saliariae cenae appellatae sunt, quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosae cenae, Saliariae dicuntur. Dapes saliares. Horat. 1. Carm. Ode 37. nunc Saliaribus Ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horat. 2. Epist. 1.

Salicippium, Sic dictus Calvus orator, qui cum vidisset inquit Seneca in 4. Controversiarum à clientibus Catonis rei sui Polliōnem Asinium circumventum in sorte, imponi se supra Cippum iussit: erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illū Salicippium dictum. Catullus:

Rū nescio quem modo in corona,
Qui cum missis, Vatiniana
Meus crimina Calvus explicasset,
Admirans ait hęc manus quae tollens
Dii magni Salicippium dixerunt.

Salinæ, arum, Vrbs Siciliae, juxta Lilybaeum, palmis abundans. Sunt & aliae non paucae ejusdem nominis urbes à salis fontibus nomen sortitae, inter quas minime convenit praeteriti quae apud Sequanos visuntur, & structurae genere, & salis proveniunt aded admirandae, ut nō immetitō octavum sibi locum inter orbis miracula possint eo dicare.

Salinator, otis, [*σαλινατορ*], Dicitur est M. Livius Claudii Neronis in Consulatu collega, propter vestigal, quod novū ex Salaria annonae commentus est in Censura.

Salsii, [*σαλῖος*], Populi Alpini, Boiis, Helvetiisque finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitrat. Saliuncanus portus, Maritimum Gallie Celticae oppidum in parte qua Britanniam insulam spectat. Auctor Ptolemaeus lib. 2. cap. 8.

Sallustius Crispus, Nobilis historicus, atque aded, Martiale etc. totius Historiae princeps fuit, Ciceronis coeternus, cuius acerimus fuit inimicus, ut ex utriusque, in vestris constat. Vide CRISPVS.

Salmantica, Ptolem. lib. 2. cap. 5. oppidum est in Orientali tractu Lusitaniae, in Hispania Vettonum. Vulgò *Salamanca*.

Salmacis, [*σαλαμακίς* Ger. *Ein Brunnen in tant Caria*], Fons in Caria, juxta Halicarnassum: quo veteres crediderunt lavandis corpora effeminari. Ovid. 15. Metam. Cui non audita est obscenae Salmacis unda? Strabo lib. 14. Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim molities non videtur ab aere, vel ab aqua proficisci, quum ea minime sit causa molitiae, sed divitiarum, & victus incontinentia.

Salmacides, da, dum, denominativum à nomine Salmacis: ut Salmacida spolia apud Cic. ex Emulo. Plin. lib. 31. cap. 5. Naminifas, atque Salmacidas & feculentas in desertis, Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt: quo tamen in loco nonnulli legunt Salmacidas, putantque Salmacidas aquas dici, quae salis saporem referunt.

Salmoneus, [*σαλμωνεύς*], Acoli filius fuit, & rex Elis, qui quibus divinis sibi honores petulantius quaereret, Iovemque, struendo ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detrusus est. Vide Servium in illud Virg. 6. Aen. Vidi & crudelis dantem Salmonea pomas, Dum flammis Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

Salmoneus, Salomonus, Filia Salmonei: dicitur, Tyro. Propertius lib. 1. Non sic Aemone Salomona mixtus Enipeo Thracius, etc.

Salo, Salonis, Fluvius est apud Celtiberos, non procul à Bilibi oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martial. lib. 10. Auriferumque, Tagum sitiam, pariumque, Salonen.

Salomon, live ut alii malunt, Solomon, [*σαλωμων*], Nomen sapientissimi Iudaeorum Regis: quod si inciperetis, *Salomon* sonat. Filius fuit Davidis ex Beriseba, qui patri in regnū successit. Deoque optimo maximo templum primus edificavit. *Salomonus*, salomonis, salomonii, possessivum: ut templum Salomonium apud Ierusalentem.

Salon, [*σαλον*], Regio Bithyniae, pascendis bobus idonea. Vide & Salonenfis caesus, [*σαλωνεύς* Straboni lib. 12. Vulgò *Salon*.

Salonia, salonarum, [*σαλονία* Stephano], Vrbs Dalmatiae, olim capta ab Asinio Pollione, à qua & flū suū Saloniā appellavit. Lucanus: Qua maris Adriatici longas ferit ora Salonas.

Saloninus, pen. prod. Pollionis filius, sic dictus à capta à parte Salonis Dalmatiae civitate, auctore Servio. Asinius Pollio, *salonius*, ductor Germanici exercitus, quum post capta Salonia Dalmatiae civitate, primò meruisset lauream, post etiam Consulatum aditus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta civitate, Salonium vocavit: cui nunc Virgilius Geothliacon dicit. Huic constat natum fuisse statim: quod parentibus omē fuit infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est.

Salpiae, Ptolemaeo lib. 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Salpina, Palus in Apulia, juxta Salpian civitatem meretricio amore Annibalidis inclutam. Lucanus lib. 5. Quos recepit Salpina palus.

Salsitiae, pen. prod. Fons in finibus Narbonensis Galliae, aquis salis fluxus, circa arcem Hispanorū munitissimam, quae vulgò *Salsitiae* dicitur.

Salsitiae, Populi sunt juxta Pontum Euxinum, postea *Salpina* à tenuitate victus appellati.

Saltuariae insulae, in Nymphæo sitae sunt: ita dictae quod ad saltum salantium moventur. Plin. lib. 2. cap. 93. Sunt & in Nymphæo parvae insulae, Saltuariae dictae: quoniam in symphonia cantu ad saltum modulantium pedum moventur.

Salvia mater Apuleii, & Est & Salvia, Triacetosium oppidum, in quinta regione Italiae: de quo Plin. lib. 3. cap. 33.

Salyes, salium, [*σαλῖος* Straboni & Ptolemaeo. Ger. *Der Bitter* *Wasser* *Wässchen* in der *Provins*]. Populi sunt Narbonensis Galliae, Liguribus finitimi. Plinius rament Salios vocat. Liguriae eos adhibent, Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyi.

Samaria, [*σαμαρια* Stephano. Ger. *Der Hauptort der jehon Stammes* *Israels*]. Palaestinae regio est, Galilaeae & Iudaeae contigua: oppida habens Neapolim, antea Mammotham, Sebastein, & Gamalsam. Vide Plin. lib. 5. cap. 33. Stephano item Samaria, regionis hujus urbs est, eodem cum ea quae postea Neapolis est appellata. & Gentilia sunt, Samaritana, & Samaritanus, [*σαμαριτῆς*, *σαμαριτῆς*].

Samarc bitini.

Samarobrini, ... Eae: ut populi in Gallia inter Belgas, apud quos Caesar Gallorum concilium indixit. Horum civitas est Samarobrina, à Samara amne nomē habens. Hanc Cameracensem esse urbem nonnulli autumant, quā Scaldis fluvius interfuit. Vulgō Cambray. Constantior tamen opinio est, urbem esse Novioduno vicinam, quam vulgō Saucis Quintini dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluvius.

Sambicus, ... Famoli sacilegi nomen, qui quum Diana & immita sanum aliquoties expulisset, tandem deprehensus, annum perpetuū in quaestione, tormentisq; habitus, miserimo mortis genere excarnificatus, sacrilegi poenas luit. & Hinc factus est locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciat.

Samē, ex, ... Insula ante sinum Ambraciū, quæ & Samoia, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Samnites, pen. prod. ... Vulgō Abbruzzi, Populi in Samnio, quod nunc Apurtium vocamus: quæ regio est Italix inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Urbes in ea sunt, Adria, Aqualia, Amsernum, Sulmo, Otona, Arpinum, Aquinum, Aina, Beneventum, Cosinum lidem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, quum adversus Umbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria potirentur, se illi consecratos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum se bene gesta in patriam redissent, cum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasset. Quos deinde, quū adoleverint, duce Tauro in Campaniam ad sedes novas quarendas emisit: ubi nullo propemodum negotio ejectis Opicis, sedes suas collocauit: originisq; suæ memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum sobolem appellarunt. Hi gravissima olim bella cum Romanis vario eventu gesserunt. Sp. Posthumium Consulē, cum collega, totoq; exercitu ad Farcas Caudinas locorum angustia circumventos, ex fœdere sub jugum miserunt: quam tamen ignominiam Romani nō ita multo post magna illorum clade deleverunt, Samnitibus vicissim sub jugum missis. Postea quum sepius rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis præliis fracti, quum ne sic quidem jugum fectē possent, funditus sunt deleti.

Samonium, Cretæ insulæ promontorium, Rhodo adversum, sicut contrario litore Cyrenas versus aegæi prætoris prominet. Auroi Pomp. Mela, lib. 2.

Samos, ... Vulgō Samo, Nomen duarum insularum: quarum altera Ionie adiacet eregione Ephesi, ambitu LXXXVII. M passuum, lunoni dicatissima, quod in ea nata fuerit, & educata, & Iovi nupta, Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, ibiq; antiquissimum fuisse lunonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & una ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse: Tu enim, sicut IVD AEA Deum tantum non cognovisti, sedentem mortalium mentibus: sed & Ihuu coronasti, horridumque fel miserabili. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregie ex creta efficta, quæ Samia vocabantur. Altera sita est eregione Epiæ, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonii in Augusto: Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula brevissimo maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homeri, Odys. lib. 14. Εἰς Πηλοπόννησον ἦλθε, καὶ τὴν Ἰθάκην ἐξέβλεψεν, ἢ τὴν Ἰθάκην ἐξέβλεψεν. Eadem & Same, quæ, aliquando appellatur, per primam nominum declinationem. Homerus loco jam citato: Οὐρανὸν δὲ ἰερίων ἰπτακωτίων ἠέριον Δυλοχίην τε, Σαμῶν τε, & Ἰθάκην Ζακύνθου. Virg. 3. Aen. iam medio apparet fluctu numerosa Zacynthos, Dulichiūq; Sameq; & Neritos ardua saxa. Fuit & Samos, five Same, oppidi nomen in eadē insula à Romanis dirutum. Strab. lib. 10. Quoniam quum insula sit tetrapolis: id est, quatuor habeat urbes, ex iis una est quæ Samus, five Same dicitur, utroq; usitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et paulo post: De Cephalenia verò quæ est tetrapolis: id est, civitates habet quaternas, neq; huius temporis nomine dixit, neq; ulla de civitate, una tantum excepta five Same, five Samo: quod oppidum hodie deletum profertur est. Plin. lib. 4. cap. 12: Cephalenia quondā Melcua dicta. X. I. M. pass. abest circuitu pater XLIIII. Same diruta à Romanis, adhuc tamē oppida tria habet. Ex his satis constat vana corū esse differentiā, qui insulam, Samon urbē verò, Samen dicendam contendunt. Ab hac Same deducitur gentile Samæus, quum à Samo Ionix insula, Samius deducatur. Est & Samus, cognomē Threicia, quæ & Samothracia dicitur: de qua vide paulo post suo loco.

Samiūs, a, um, ... Quod est ex Samo insula: ut Pythagoras

Samius. Vax Samium. Plautus Captivis: Samis vasis utitur. Cicero pro Murena: Atq; ille stravit lectulos exposuit vasa Samia. Aufonius de Agathocle: Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem, Atq; abacum Samio sepe onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolute. Cic. 6. de Repub. ut citat Nonius: Muneta Pontificum diis immortalibus grata sine Samio. A utor ad Herennium, lib. 4: Nos Samis delectabimur. Samiōs, a, um, diminutivum: ut Samiolum poterium. Plautus Stichus: batio cis Bibunt: nos nostro samiole poterio, tamen vivimus.

Samiōs, a, um, ... Insula ante sinum Ambraciū, quæ & Samoia, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Samiōs, a, um, ... Insula ante sinum Ambraciū, quæ & Samoia, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Sanates, Didi sunt qui infra, supraq; Romam habitaverunt: quod nomen iis fuit: quia quum defecissent à Romanis, brevi post rediere in amicitiam, quasi post sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est: ut idem juris esset Sanatibus quod foribus: id est, bonis, & qui nunquā defecerant à pop. Roma. Hæc Festus.

Sanatus, Phrygiæ oppidum Apolloniæ metropolis, teste Strabone lib. 12. Ptolemæus Samia appellat.

Sancis, Dei nomen quoddam, cuius meminit Ovid. Quærebam nonas Sanco: Fidionem referrem, An tibi Semo patet. Intellego autē ex Varrone de ling. Lat. hunc deum idem esse, qui alio vocabulo dicitur Deus fidius à Latinis & à Græcis Hercules. Putabant, inquit, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Græca.

Sandaliotis, ... Sardinia insula denominata est, ab effigie sandali: hoc est, soleæ: unde & nonnulli Ichnusam, hanc vocant, à similitudine vestigii, quod Græcè ἰχνη δακτύλου dicitur. Plin. lib. 3. cap. 7: Sardiniam ipsam Timæus Sandalotin appellavit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigii. Vulgō Sardegna.

Sandanis, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Creso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. lib. 1.

Sanea, ... Vrbis Indiæ gentile, Saneus, Steph.

Sangis, ... Cantabrorū fluvius, in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Sangis præterea est servi nomen apud Terentium in Eunucho.

Sangarius, ... Fluvius est Asiæ, alio nomine Coralis dicitur in Didymo monte nascens, & per Phrygiam, Bithyniamq; in Pontum illabens. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. Ptolemæus Sagatium appellat, Ovidius Sagatim. Vide supra suo loco.

Sannius, Quod hic pro Asiæ quodam lacu corruptè legebatur, vide SINNAVS.

Santonēs, & Santoni, pen. corr. [Santones, Ger. Wöster in Langensheim 1791 Xantong.] Populi quidam Gallix Aquitanicæ, non longè à Tolosani finibus, quæ civitas est in provincia Romanorum, ut Caesar lib. 1. Commentariorum scribit. Lucanus lib. 1. gaudetq; amoto Santonus hoste.

Santonēda, a, um, adject. Iuven. Satyr. 6: Tempora Santonica velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cum s.


Santonum portus, Gallix urbs est, ad Oceanum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7. [Vulgō la Rochelle. Ger. Ein Meerhafen in Gascogne.]

Sapax, ... Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quorū meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Sapires, pen. prod. ... Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, quædam dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

Sapis, Fluvius Italiæ in Flaminia prope Cefenam urbem, autor est Plin. lib. 3. cap. 15. Est & Sapis Gallix Cisalpinæ fluvius Senogalliam urbem subterlabens, iuxta quam & Ifausus fuit. Lucan. lib. 2: Cuiusmodiq; rapax, & iunctus Sapis Ifauro. Vulgō Albi in marca de Ancona.

Sappho, ... Insignis poetria fuit carminis inventrix, quod ad ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum una Eresia, quæ & antiquior, Lyrica, qua tempestate Alcaeus claruit, Terplichorus, & Pittacus, tempore Tarquini Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera



ra Mitylenae, longè junior, cujus pulcherrimum opus ad amicam Phaonem extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, ut mecum nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit: *Μνημονεύειν ἴνα Σαρδίων, ἢ ἑλευετὶ μελαφῶν Σαρδῶν: πρὸς δὲ δὲξίταις μύθεος ἔχει βροτοί: id est, Mnenosynam matrem Musarum cepit stupor, quando audivit Julcisonam, Sappho: Nunquid decimam Musam habent mortales?*

Saraca, Ptolemæo lib. 6. cap. 2. Oppidum in Mediterraneis Mediæ, & eidem lib. 5. cap. 10. Sarace civitas in Colchide.

Saracis, Populi. Vide SARRASTES.

Sardanapalus, pen. prod. [*Σαρδανάπαλος*]. Ger. Der feste König der Assyrer in Mann allem nutzlichen ergeten. Vltimus Assyriorum rex, & trigessimus à Nino, omni libidine, mollitiâq; genere effœminatissimus: ad eum non erubuerit inter scortorum greges nec, & muliebri habitu feminas omnes lascivia antere. Quamobrem indignati Assyri tali feminæ parere, duce Arbace uesciscetes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui vitæ in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque divitias in incendium misit. Ovid. in Ibin: Inq; pyram tecum charissima corpora mittas, Quam finem vitæ Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Quomodo igitur iniqua jucunda vita potest esse, à qua abest prudentia, abest moderatio? Ex quo Sardanapali opulentiſſimo Syriae regis error agnoscutur, qui incidi iussit in busto. Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido. Haurit: arilia jacent multa & præclara relicta. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bonis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit quæ ne vivus quidem diuinus habebat, quam fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta: *Σαρδανάπαλος ὁ Ἰστανδράτης ποταμοῦ, ἢ Σαρδάνος, ἢ Ταρσῶν ὁ ἐπισημὸς ἢ ὁ ἀσπὸς. ὅς τινος ἴσταν, ἢ πρὸς τὸν ποταμὸν ἢ τὸν ποταμὸν ἢ τὸν ποταμὸν ἢ τὸν ποταμὸν*. Hoc est, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarson uno die extruxit: Tu autem o hospes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortalium omnia non sunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iustinum lib. 9. & Diodorum Siculum Bibliothecæ lib. 8.

Sardemillos, Tauri montis promontorium est quod inter Lyciam & Pamphyliam in postum pelagus imminet. Meminit eius cap. 27 libri 5. Plinius.

Sardianus, adjectivum. Vide SARDIS.

Sardinia, [*Σαρδῖνα* Stephano]. Vulgo Sardigna. Ger. Ein grosse vnd brumptige Insel im Mittelmeer: heist jetzt Sardigna. Insula est, teste Salustio, in mari Libyco: ita dicta à Sarde Herculis filio (sicque Silius lib. 12. & Solinus scribunt (qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupavit: quæ antea Sandalio appellaretur, ab effigie solem, quem Græci *σάνδαλον* vocant: & Ichnusa, à similitudine vestigiæ quod Græcè dicitur *ἰχνη*). Hujus latitudo est millium passuum nonaginta octo, longitudo ducentorum viginti: quanquam alii stadia multa adiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus à Borea possit perflari, quod sit ut aëris pestilentia maximè sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam malè audivit, ut M. Cicero Quintum fratrem moneat, etiam tum quum optimè valetet, memiosse eum debere in Sardinia ipsum esse, & alibi Tigellum quendam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentior, Martialis quoque Sardiniam Tyburii, tanquam saluberrimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (inquit) fato loco possis excludere, quæ mors Venit in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula neque lupum gigni, neque serpentem reperiri. Habet civitates multas, sed omnium præclarissima Calaris est, ubi coralliorum piscatio est. In qua divi Augustini ossa tandem coquevère, quoad ab Heliprando rege Papiam translata sunt. Hæc civitas Iole à piscis appellabatur: ab Iole illa, quæ Hercules perditissimè amavit. Insulam Pœni occupavère, sed à Romanis expulsi primo bello Punico, eandem amisère. Est & Sardinia piscis genus, ad condimenta & salturas utilis, apud Italos plurimum. [*ἰσάρδιος ἢ ἰσάρδιος, ἢ ἰσάρδιος*. Gall. Sardelle, ou sardine. Ital. Pesca sardella. Hisp. Sardina.] Col. lib. 8. cap. 17. Tabentes hæculas, & salibus exesam chalcidem, putremq; sardiniam.

Sardi, sardorum, [*Σαρδοί*]. Sardinæ incolæ, qui ob insignè vitæ, nequitiamq; in proverbium abierunt. Cicero lib. 4. Epist. Habet Sardi vanales, alium alio nequiores.

Sardinenses, [*Σαρδῖνιοι*]. Qui aliunde orti negotiationis gratia, aliâve ob causam in Sardinia versantur.

Sardōus, sardoa, sardoum, [*Σαρδῶν*]. Possessivum à Sardinia. Ovid lib. 4. Fast. Sardoq; regna sinistris Respicit à remis. Herba Sardoæ. Virg. 7. Aeglog. Imò ego Sardois videar tibi maior herbis.

Sardis, [*Σαρδῖς* Stephano]. Ger. Ein Stadt in Lydien am Berg Tmolus. tantum pluraliter, Verbs Lydia magna, ad Iarus Tmolii montis sita, olim Cœli regia. Horat. 1. Epist. Quid concinna Samos, quid Cœli regia Sardis? Terminat autem nominati-

vum & accusativum in is producta, quomodo Tralib, & Syrtis. Ex Sardibus sacre duo Diodori oratoris, quorum iunior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poemata. In Sardibus ecclesia fuit una ex septem Asia, quarum Iohannis nomen in Apocalypsi.

Sardianus, a, um, adjectivum, Sardinæ balani à Græcis dicti sunt castaneæ, quod circa Sardis primum fuerint inventæ. Vide Plin. lib. 15. cap. 23.

Sardonici Montes Liburniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 17.

Sardus, [*Σαρδῶν*]. Hercules filius, qui adhuc puer ab Iolo cori furoribus subtrahitur, quos Hercules vivens læcesserat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam pervenit: tamq; quæ antea Sandalio, seu Ichnusa vocabatur, à nomine suo Sardiniam crederetur appellasse.

Sarepta, [*Σαρεπτά* Stephano]. Vrbis Phœnicæ, in qua divinus vates Elias elonem viduam miraculo pavisse scribitur in libris Regum. Meminit eius & Plin. libro 5. capite 29.

Sareptanus, sareptana, sareptanum, [*Σαρεπτανός*]. Sidonius: Vni mihi non sunt Gazetice, Chia, Falena, Quæq; Sareptano palmitis missa bibas.

Sargapises, lege SPARGAPISES.

Saricia, Vrbis Cappadocię gentile Sarichenus aut Saricheus.

Sarmate, [*Σαρματῆς* Stephano]. Ger. Die Wälder so insat der Wälder: der vnderen Donau vnd des Danubij vnd Westlich West ist in das Mittelstreichigen / auch weiter vber den fluß Tanais ist.

Populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes, qui & Sautomate vocantur, dicuntur, & regio eorum Sarmatia, [*Σαρματία*].

Sarmatæ gentes Scythiarum Græci vocant, quas Sarmatæ Romani dicunt. Dicit Sautomate, ab oculis lacertarum: [*Σαρματῆς* enim lacerta est, [*Σαρματῆς* oculus. Nomina diversa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, utitur plaustris pro domibus: pascunturq; laete equino: unde quidam eos *ἵππων ἄρχοντες* hoc est, equarum mulsores: alii *παλαίμαχοι*: hoc est, laete vescentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum laete mistum potant, quos vocat Gelonus.

Virgilius libro 7. Georgic. Bisalæ quo more solent, accipiet Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item Sarmatæ alii sunt, qui equino sanguine e cunibus detracto, fœnæq; commisso aluntur. Alii etiam qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores: quibus bellantibus mos est cruorem ejus, quem primum interemerint, ex ipsius vulneribus bibere: & ut quisque plures interemerint ita apud eos eximius habetur. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: alii qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur Anthropophagi, [*ἄνθρωποφάγοι*]. hoc est, ab hominibus edendis. Idem ab usu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio. Hamaxobii Ptolemæo vocantur. Auri & argenti, maxime pelium, igoari, permutatione rerum commercia exercent: atque ob iaviam hyemis demeritis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum Brachati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminit Plinius libro 4. capite 12. & Strabo libro 11.

Sunt autem due Sarmatię secundum Ptolemæum, quarum una est in Europa, quæ (ut libro 3. scribit) à Septentrione Oceano terminatur: ab Occasu parte Germaniæ: à Meridie Iaxgibus Metanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tauriam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia (ut idem libro 5. refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur: ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanais fluvio. In ea sunt Caucasii montes.

Sarmatis, sarmatisis, Patronymicū. Ovidius: Terreat haud manes Sarmatis umbra meos.

Sarmentus, Nomen proprium Equitis Romani, qui similitate claruit sub Augusto. Horat. 1. Serm. Satyr. 50. nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnam, Melliq; Ciceni Masæ velum memores.

Sarnus, [*Σαρνός*]. Ger. Ein fluss in Campanien der Linderheide fließt. Fluvius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompeianum agrum, & Salernum, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus positum. Plinius lib. 5. cap. 5. Litor autem hoc Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthoocoe à temulo Surenis appellata. Herculanium, Pompeii, haud procul aspectante monte Vesavio, allucare verò Sarno amne, ager Nucetanus est. Virg. 7. Aeneid. Sarratiles populos, & quæ negat a quora Sarnus.

Saronicus sinus, [*Σαρωνικός*]. Qui Corinthiacum Isthmū ab Ortu alluit, nam qui eundem alluit ab Occasu, Colzæ, sive Corinthiacus dicitur. Plinius lib. 4. cap. 5. Sinus Saronicus olim quærno nemore redimitus: unde nomen, ita Græci antiqua appellante quærnum. Multi à Sarone deo marino. Nam

Saronem

lib. 1. tunc rura Nemctis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curvo, &c.

Savo, onis, Fluvius est in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Savona, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Sabbatium, Plin. Sabbatia Pompon. Vrbis Liguriæ notissima: Vulgò savonæ.

Saurōmātæ, penult. cor. *σαυρομαται*, Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur quorum alii Asiatici sunt, alii Europæi, Tanai de fluvio discreti: de quibus vide plura supra in dictione SARMATA.

Sauris, Nobilis statuarius, cujus opera commemorat Plinius lib. 16. cap. 5.

Saus, [*σαυ* Ptolemæo. German. *Di Saus* in Ruger.] Fluvius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido (hodie *Albam Gracam* vocant) in Danubium prolapsus.

Saxōnēs, *σαξωνες*, Illustres Alemanicæ populi, qui Angelæ Regni auspicio Angliam devicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inuis constituit, lib. 3. cap. 11.

Saxum ferratum, & Saxoforatum, teste Volaterrano, Oppidum in Piceni, atq; Vmbriæ finibus situm ita appellatū à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquæ ostendunt. Sentinum, *σηνινας*, à veteribus dicebatur, à Sentino amne juxta mœnia labente, quem nunc quoq; incolæ *Sentinum* vocant.

S ante C.

Scæ portæ, *σακ* à *σάκ*, Vrbis Trojaniæ portæ fuit, fatali Laomedontis sepulchro nobilitata: ita dicta (ut Grammaticis placet) quod ad sinistram: hoc est, Occidentale urbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum spectant dextra; quæ Occasum sinistra dicuntur. Strabo tamen libro 13. videtur sentire Scæ portæ nomen à Scæris Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuisse ostendit Virgil. 3. Aeneid. & arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco, Scæque amplector limina portæ.

Scævola, *σακβωλα*, Quinti Mutii cognomen fuit, inde tractum, quod ex quo in Possexiæ castris dextram exussisset, ejus loci sinistra fuerit usus: *σακβωλα* Græci enim sinistram vocant. Unde Scævæ, & per diminutionem Scævola dicti sunt, qui sinistra dextræ loco utebantur. [Germ. *Em tustant*] Aliam hujus nominis causam adducit Varro lib. 6. de lingua Lat. Pueris, inquit, turpicula quædam res in collo suspenditur, ne quid oblit bonæ scævæ, inde Scævola appellatus.

Scalabis, *σακαλις*, Lusitaniæ oppidum, alio nomine Presidiū Iulium appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 22. Vulgò *Trogis*.

Scaldis, [German. *Di Schelde*] *ιστ* in *fluvijs* in *Drabant*] Insignis fluvius est in cōfinio Germaniæ & Galliæ Belgiæ: quas regiones suo alveo ad Septentrionem determinat, Antuerpiam clarissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstivum refluxus, & bissexis quotidie horis versus caput recurrens. Plin. lib. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem capite decimotertio: Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium, Germanicæ accollunt gentes, haud explicabili mensura.

Scamānder, *σακμανδρ*, Fluvius Trojæ, ex Ida monte descendens, quem Hesiodus *Σκάνδαλον ποταμόν* id est, divinum Scamandrum appellavit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus innuit, quū cum ab hominibus quidē Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, suo more vetustiore appellationem diis, recentiore hominibus assignans. In hoc fluvio sponte jam nupturæ sese abluebant, Scamandrum nominatum his verbis invocantes: *Σκάνδαλον ποταμόν, ἄνακτα θεῶν, ἄνακτα θεῶν, ἄνακτα θεῶν*. Qua occasione usus Cimon quidam Atheniensis, quum Calistothes generosæ puellæ amore teneretur, quæ jam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultavit, caputq; arundine coronavit: quumq; illa ex more lavaretur, carmenq; soleane caneret, Scamandrum, ut virginitatem suam acciperet, invocans, Cimon è virgultis prosiliens: Ego verò (inquit) accipio lubens, virginemque in ripam sustulisti: & vitium ei obrulisti. Vide hæc de re plura in Epistol. Aeschin. & Fuit & Scamāder nomen filii Hectoris & Andromachæ: quem tamen Trojani Astyanacta: hoc est, civitatis principem vocare maluerūt, Hectori id honoris tribuentes, cujus virtute illum novem perpetuos annos fortissimè erat defensum. Vide Homerum quinto Iliad.

Scamāndriā, *σακμανδρια*, Vrbis parva à portu Iliensis parum remota. Plin. lib. 4. cap. 30.

Sichæus, *Σικχαιῶν*, Filius fuit Philisthenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione iuxta aras, incautus, ob auri cupiditatem interfectus: ut est apud Virg. lib. 1. Aen. Huic coniux Sichæus erat ditissimus agri, &c.

Sichem, *Σικχημ*, Filius Chanaan, qui civitatem sui nominis edificavit in Phœnicia, quæ *Sidon* à Græcis appellata est.

Sicilia, *Σικελία*, Germ. *Die Insel Sicilia im Westmeer / nahe bey Statien getegen.* Tyrtheni maris insula, à Thucydide Sicania dicta, à pluribus Trinacia, quod tria habeat promontoria. Patet in circuitu, ut ex Agrippæ sententia tradit Plinius, D. CXVIII. M. pass. Olim agro Brutio creditur adhæsisse, posteaque interfuso mari avulsa M. D. pass. freto, iuxta columnam Rhegiam. A quo dchiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido. Quin & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilias id est, refecta. Virgil. 3. Aeneid. Hæc loca vi quondam & vasta consula ruina (Tantum ævilonquinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt, quem protinus utraque tellus Vna foret. Eadem & Triquetra à quibusdā appellatur, à figura trianguli, cujus unus angulus, qui in meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quemq; ab Africa litoribus CXX. millibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneque Tyrtheno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem à Peloro usque ad Pachynum millia passuum centum octoginta septem, in latitudine centum octoginta novem. Sicantiam autem dictam putant à Sicaniis Hispaniæ populis, qui ducē Sicano primū in Italiam venisse feruntur. Solinus auctor est, Siciliam primū Cyclopium sedem fuisse, iis que extinctis, Aeolum insulam occupasse. Vnde Virgil. 3. Aeneid. Ignarique vix Cyclopium allabimur oris. Item 11. Aen. Aetnaeos vidit Cyclopias Vlyſſes. De hac Diodorus sic scribit: Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea sunt Panormus, Catania, Syracusæ undecima Olympiade conditæ. Præterea Messana, Eryx, & Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arcthusa fons, Eryx & Actina montes. In ea, Comœdia primū creditur inventa. Viros genuit illustres complures, ex quibus satis fuerit hic nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedeum insignē Mathematicum.

Sicilia, lidis, *Σικελία*, patron. form. forma Græca à Sicilia deductum. Virgilius 4. Aegloga: Sicelides Musæ, paulò majora canamus.

Sicilienses, Dicuntur qui alibi orti, in Sicilia versantur, *Σικελιωται*.

Siciliensis, se, possessivum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. E quoque negotio sibi Sicilianas minabantur. Fretum Siciliense, apud eundem 2. de Nat. deor. Quæstura Siciliensis, apud eundem in Epist.

Sicilliso, *Σικελισσῶν*, Gall. *Parler comme les Siciliens.* Ital. *Parlare à modo de Siciliani.* Ger. *Sicilisch reden.* Hisp. *Hablar como los de Sicilia.* Pol. *Memie iako Sicilowcyk.* Vng. *Siciliai modra gallok.* An. *To speak as the people of Sicilia.* Loquor lingua Siculorū, quorum sermo adeo corruptus fuit, ut abierit in proverbii. Plautus in Menæch. Non atticissat, sed Sicillissat.

Siculi, *Σικυλῖαι*, Qui Siciliam insulam incolunt. Cicero in Divinat. Quam Quæstor in Sicilia fuisset, ludices, itaq; ex ea provincia decessisset ut Siculis omnibus diuturnā, jucundamq; memoriam mei nominis relinquere. & Siculū mare. [Ger. *Das ins Strudimeer zwischen Sicilien un Statien.*] angulū, atq; anceps alterno cursu, modò in Tuscum, modò in Ionium pelagus influit, vorticofum, & Scyllæ ac Charybdis sevitia inclam, *Σικυλῖαι*, Sicula tellus, pro Sicilia, Virg. 1. Aen.

Sicinnus Dentatus, *Σικίννης*, Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus est. Is centū & viginti præliis pugnavit: cicatricem a cæcis nullam, adversa quadragintaquinq; rutili acronis aureis oculo donatus est. Triumphavit cum Imperatoribus suis triumphos novem. Vide Gellium lib. 2. cap. 11. & Plin. lib. 7. cap. 22.

Sicoris, pen. cor. Hispaniæ Tarraconensis fluvius, non longè ab Ilerda fluens, iuxta quē Cæsar Afranium & Petreium Pompejanos duces sibi ad deditionem compulit. Lucan. lib. 5. Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis. Vulgò *Segre*.

Sicynus, Insula est non procul à Creta, una Sporadum, antea Oeaoē dicta, teste Plin. lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano, Sicenus, *Σικενοῦ*, appellatur.

Sicyon, onis, *Σικυων*, Ger. *Ein Ort in Achæie, nahe bey Corinthe.* Vrbis vetustissima Peloponnesi, non procul à Corintho, olim Aegialos dicta à rege Aegialeo, qui totius ejus tractus imperium tenuit. Hanc Plin. lib. 36. cap. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipue autem nobilitatem constat Occasionis simulachro à Lysippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus est Aratus ille: cujus in clarorum virorum catalogo meminit Plutarchus. Vulgò *Basilica*.

Sicyonia, *Σικυωνία*, Insula est in mari Aegeo, ex opposito ad Epidaurum, alta quidem & eminentis, ut refert Plinius.

Sida, *Σιδά*, live Sida, *Σιδά*, Pamphylie urbs, teste Plin. lib. 5. cap. 27. & Pomponio lib. 1. in descriptione Pamphylia.

Sidicinum Theanum, Campaniæ oppidum Mediterraneum, Sidicinum cognominatū ad discrimen alterius Theaniquod est in Apulia. Meminit utriusq; oppidi Plin. lib. 3. cap. 5.

Sidon, onis, pen. genit. prod. [*Σιδων*]. *Σιδων*, Germ. *Ein Ort in Phœnicia am West getegen.* Vrbis Phœnicæ, cum Tyro & vetustate certans, & claritate dicta (ut Eustathio place) à Sida Beli filia: quæ anquam Iosephus à Sichem filio Chanaan appellatam mavult: unde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro servato, *Sibens* vocari tradit. A Phœnicibus iis conditum volunt qui mediterranea incolerant, qui quam perpetuis vixarentur terræ motibus, relictiis sedibus suis, novam urbem ad mare condiderunt, quam à piscum ubertate sua lingua *Sidus* appellabant.

Sidonius, a, um, anteposuit, in differente Nam apud Græcos, teste Stephano, in differente *Σιδων* scribitur per *o* magnum, aut *Σιδων* per *o* parvum. [*Σιδων*]. Virg. 1. Aen. Ostendit primo aspectu Sidonis Dido. Et paulò post Sidoniasq; ostentat opes.

Sidrona, Dalmatiæ urbs, aliis Stridona, Vulgò *Sadrone*, Heroonymi patria.

Sidus, unis, *Σιδω*, Oppidulum est in agro Megarenium: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile *Sidus*, *Σιδω*, *Σιδων*, Stephan.

Siga, *Σιγα*, Vrbis Cæsariensis Mauritanie, Siphacis olim regis, teste Plin. lib. 5. cap. 2.

Sigillion, *Σιγίλιον*, Simulachrum erat apud Aegyptios infans Idis & Serapidis, quod digito labii impresso, silentium imperare videbatur: unde & nomē accepit. *Σιγίλιον*, quod est silere, alio nomine Harpocratem appellabant. Videtur *Σιγίλιον* HARPOCRATES.

Sigillum, *Σιγίλιον*, pen. prod. [*Σιγίλιον*]. Vulgò *Gemigioni*. Germ. *Ein Bergsigel der Landschaft Teiss.* Promontorium & oppidum Troadis, Ajacis sepulcro nobilitatum. Dicitur *Σιγίλιον*, ut quidam volunt, *Σιγίλιον* hoc est, à silendo, ed quod Hercules præmio suo à Laomedonte fraudatus, dissimulato dolore, ibi se occultavit, indeq; silentio magno reversus, ubi repente ad ortus, ceperit. Alii per antiphrasin Sigillum dicitur putant, quod nullum ibi unquā sit silentium, aqua se perpetuò magno cum murmure faxis illidentibus.

Sigis, a, um, & Sigisus per quatuor syllabas. Virg. 2. Aeneid. -jam proximus ardet Vcalegon: Sigis igni freta lata recessit. Ovid. 13. Metam. -Sigis a torvo Littora prospexit vultu.

Signia, *Σιγνία*, Latii oppidum fuit, in cujus agro vinum nascitur mirè austerum, ideoq; ventis profusivo sedando vitis. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam quod Signia nascitur, austeritate nimia continentia alvo vitis, inter medicamenta numeratur.

Signina, *Σιγνίνα*, populū, de quibus Plin. libro 3. cap. 5. Et Vinum Signinum. Martial. lib. 13. Potabis liquidum signina morantia ventrem: Ne nimium sitiant, sit tibi parca sitis. Signina pyra apud Luvenal. Satyr. 11.

Signia, Mons est, teste Plin. lib. 5. cap. 9, in cujus radicibus sita est Apamia urbs.

Sigillaria, Vicus erat Romæ, ubi sigilla vendebantur. Gell. lib. 5. Apud Sigillaria foris in libraria ego & L. Paulus poeta confederamus. & Sigillaria præterea dicebantur duæ scilicet Saturnalibus addit, quibus sigilla: hoc est, parva signa amittuntur. Auctor Macrobius lib. 2. Satyr. cap. 10.

Silanius, *Σιλανῖος*, Mons Hybcæniæ insulæ altissimus, à Silani

lanio Rege in vertice ejus sepulto dicitur.

Silarus, pen. corr. Vulgo Selo in Neapolitana, Lucaniae amnis, Picentinos dividens à Lucania, cujus ea est natura, ut & virgulta, & folia in ipsum decidit lapidescant: ut refert Plin. lib. 2. cap. 10. Silus lib. 8. Nunc Nlarus quos nutrit aquis, quos guttate tradunt Duritium lapidum meris inolefcere ramis. Virg. 3. Georg. Est lucos Silani juxta, ilicibusq; virentem Plutimus Albarnum volitans.

Silenti, pen. prod. [Frans. Ger. Ein Stillerer vnd Lehrmeister Bacchi.] Bacchi nutritus fuit, & pædagogus, semper alino vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumoi inter sydera transfatus dicit. Virg. 6. Eclog. Chromis, & Mafyllus in antro Silenum pueri fomno videte jacetem, Inflatum hecetero venas, ut semper Iaccho.

Siler, maf. gen. Fluvius est, Picentinos dividens à Lucania, nature tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidetes statim lapidescant, teste Plin. lib. 2. cap. 103. quanvis illi, ut ceteris ferè omnibus, Silarus dicatur, nò Siler. Qua tamè terminatione effertur à Lucania lib. 2. radensque Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc supra in dictione SILARVS.

Silva, Fluvius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil inatet: quanvis Democritus, Aristotelesq; id verù esse negant. Vide Strab. lib. 15.

Silis, Amnis Venetia primus, ex montibus Taurifanis fluens, & in stagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulae, Marianum, Torcellumq; Plin. lib. 3. cap. 18.

Silla, Vide SILLA.

Silura, siluræ, Insula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cujus incolæ pecuniam ignari, permutationibus comæcia exercebant.

Silon, Insulam Indiæ do cet esse Augustinus de Civitate Dei, lib. 21: quæ ex eo ceteris terris præfertur, quòd omnis arbor, quæ in ea pignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphium Regio Libya, ab insula Platea usq; ad os Syrtium protensa, teste Herodoto lib. 4.

Silvanus tres fuerit, unus dicebatur domesticus, possessioni cõsecratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in cõfinio lacus positus, à quo inter duo, pluresve fines oriuntur, idèq; inter duo, pluresve est & lacus. Omnis autem possessio quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Silyus, Fluvius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 8. Tanaim Scythia Silyus vocant.

Simethus, sive Simethis, idis, Vide SIMÆTHVS, & SIMÆTHI.

Simichidas, simichidas, Nomen pastoris apud Theocritum, in Idyll. quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Simmius, simmius, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cujus scripta enumerantur à Suida.

Simois, entis, [Frans. Ger. Ein Fluß der am Berg Ida entspringt vnd in den Treis hinlauff.] Fluvius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Trojanum, qui ab eo dicitur Simoisius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in Hellespontum juxta Sigeum promontorium. Virgil. 1. Aeneid. Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygiæ genuit Simoisentis ad undam.

Simoisius, a, um, adjectivum: ut, Cæpus Simoisius hoc est, Troadis campus, Simoisente irrigatus. Quo nomine etiam dicitur fuit adolescens quidam Trojanus, quòd apud Simoisentem fluvium esset natus. Autor Homer. 4. Iliad.

Simonides, plures fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebræisq; pariter communi facto. [Frans. Ger. Simonides.] Ex his antiquissimum legimus Athenicnem philosophum, Socratis discipulum fuisse, qui scripsit dialogos xxxiiii.

Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laërtius. Et Simon Magnæsius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lyfiodiam. Strabo libro 14. Simon Constantino politanus, ludimagister, annos abhinc circiter duccentos composuit Græcè Metaphrasas: id est, sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hereseos: de quo Eusebius lib. 2. latissime, & Iustinus in Apologia ad Antoninum principem, in hanc sententiam scribit: Simon quiddam Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & ope demonum sublevatus urbe nostra, compluribus per phantasiam deceptis, deus esse creditus, & honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cù titulo literis Latinis descripto: Simoni deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alii tanquam deum adorant,

ac fatentur. Sed & Selenen quendam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipso consecraverunt. Similia quoq; Irenæus in primo adversus hæreses libro. Simon item ille, qui à Petro Spiritus sancti gratiam mercari volebat, unde vitio nomen inditum: aliique complures, præter Apostolum.

Simonides, simonides, Lyricus poeta fuit à Cea insula, Secessionis qualis, quem Plin. lib. 8. cap. 36. quatuor harum literarum ζ, ψ, & ω, inventorem fuisse tradit, octavamque in lyra chordam invenisse. De hoc Cicero in Oratore: Simonides, inquit, Cæus primus artem memorandi invenisse fertur. Quum coenaret in Thesalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cegnissetq; id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more, in Calistrem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se dimiditum ejus ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paulò post esse ferunt nuntiatum Simonidi ut prodiret, juvenes stare ad januam duos quosdã, qui eum magnoperè evocarent: surrexisse illum ipsum, prodixisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud ubi epularetur Scopas, cõcidisse, ea ruina ipsam oppressum cum suis interiisse: quos quum humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hac re tunc admonitus, invenisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriz lumen adferret. Hactenus Cicero. Fuit & Simonides alter, Crinei filius, ex Amorgo insula, lambicus poeta: de quo Quint. lib. 10. cap. 3. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, & jucunditate quadam commendari potest: præcipua tamè ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac cum parte omnibus ejusdè operis autoribus præferant. Simonides item alius, Caristius, sive Erythræus poeta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Anlidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. Præter hos alios duos ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem poetam Epicum Antiochi magni tempore, cujus res gestas scripsit, ac bellum adversus Galatas. Suidas.

Simonidius, a, um, adjectivum, à Simonides, ut Simonides lacrymæ. Catullus ad Cornifici: Meus lacrymis Simonidæ. Intelligit autè noster Hylæus Simonidis, qui citantur à Scobæo & interprete Theocriti.

Sina, [Frans. Ger. Sina.] Vrbs Mesopotamiz, quo nomine etiam dicitur est mons Petræ Arabiz. Apostolus: Sina, mons est Arabiz qui cõjunctus est ei, qui nunc est Hierusalẽ. Sinada, (quod hic pro Cariz urbe legebatur) Vide SYNNADA.

Sinæ, sinæ, Populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occalum Indiæ extra Gangem finitimi, terras incognitas desertasq; ad Ortum & Meridtem habentes. Horum caput est Thina. Autor Ptolemæus lib. 7. cap. 3. Stephanus urbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinapodes (quod hic corruptè legebatur) vide HIANTOPODES.

Sindã, de, sindã, Oppidum Lycaoniæ, in cõfinio Galatiæ, atq; Cappadoçiæ, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum: à Sindis populis habitaram.

Singara, ra, singara, Arabiz urbs Rhetanorum caput. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Sinon, onis, pen. genitivi prod. Nomen est filii Sisyphi, nepotiq; Autolyco furis. Autolycus enim, teste Servio, duos habuit liberos: Sisyphum: unde natus est Sinon: & Anticleam: unde Vlyses. Hinc est quod Virg. 2. Aeneid. Sinoni astuti & fallacis proditoris tribuit personam. Hic nanque cum Græcis Trojam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus civibus Græcos abiisse, ac eum illum ingentem in urbem recipiendum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virgil. lib. 2. Aen. Talibus insidias perjurique arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis hujus inventum esse significationem specularem, autor est Plin. lib. 7. cap. 36.

Sinonia, Insula Corinchiæ ultra Tyberina ostia in Antiano rut tradit Plin. lib. 3. cap. 6.

Sinope, [Frans. Ger. Ein Tochter Afops, welche Apollon in Pontum entsandt hat.] Vrbs in Pontum sita dicitur, quam Apollo raptam in Pontum trauxit, & ex ea genuit Syrum: unde Syri postea appellati sunt: tametsi alii Marii & Argioz: alii Parnasses & Martii: quidam autem non ab Apolline visitatam, sed ab eo & Io ve per-

ve perpetuam virginitatem sortitam, cum illi spe concubitus, quicquid postulasset, ei daturos promississent.

Sinope, pen. prod. *σινωπη*, Vrbis Pōti, quę olim frequenti gymnasio, & rubricę genere, quam Sinopicam vocant, clarissima fuit. Sinopem, (inquit Strabo lib. 12,) urbium quę in Ponto sunt clarissimam Milesii condidit: quę classe comparata, maris, quod intra Cyaneas est, imperavit. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum Gręcis: & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperavit (fuit enim obsidione capta) posteaq; successoribus eius usque ad Eupatorum, & Romanos, qui illam sustulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximie illam coluit, & regni metropolim fecit. Munita est naturali providentia. Nam in colle peninsulę cuiusdam sita, ex utraque lĩthi parte portus & stationes habet. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Patron, & Diphilus comicus orti sunt. Cicero in oratione pro Pompeio haud obscure indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifarius rebus ornatissima, refertissimaq; Sinopeas, gentile, per tres syllabas, *σινωπη*. Ovid. 1. de Pontico: Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

Sinties, & **Saptes**, dicebantur Thracę, qui Lemnum olim incoluerunt, Steph.

Sinuella, *σινουελλα*, Vulgò *Seffa*, Oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) novi Latini extremum, nõ procul à Liri fluvio, quod quidam olim Sinopen appellatum voluerunt. In eius agro gignitur vinum copiosum, quod à saxosis collibus in quibus nascitur, Sinuessanum petriuum vocat Horatius. De hac Liv. lib. 10. in salu Vellino Falernum contingente agrum Sinope dicitur Gręca urbs fuisse, Sinuella deinde à Romanis colonis appellata. Strab. lib. 5: Sinuella in Setano sita est situ, à quo nomen vendicat. Et proximę calidę sunt balneę ad ægritudines quasdam accommodatissimę.

Sinus magnus, *σινος*, Iodici Oceani sinus est, iugo seu promontorio magno, & Sævi fluminis orhis intersectus: ut describitur à Ptolemæo Tab. Asiae undecima Hispani, qui eã orbis partem iustaverunt, vocant *Mare de far*: traduntq; breviori itinere eõ perveniri, si Occidentem versus navigetur.

Siphnos, *σιφνος*, Insula est maris Aegæi, non procul à Scyro, XXVII. M. passuum ambitu: antè Meropea & Acis appellata, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hęc insula locupletissima erat, teste Herod. lib. 3, ut in qua auraria & argentea metalla essent: unde tantum pecunię habebat, ut ex decima ejus parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par. Siphnijs pecuniã, quę quotannis conficiebatur, distribuētib;.

Siphnius, *σιφνιος*, Gentile est Siphnius, *σιφνιος* Stephano.

Sipontum, si. live Sipus, *σιπωντις*, vulgò *Manfredonia*, Vrbis Apulię juxta Garganium montem à Diomede adificata, quę primũ ob multitudinem sepium, quę ibi capiuntur, Sepius, Sepiuntis, fuit appellata, teste Strab. lib. 6. Lucan. lib. 4: & subdita Sipus Montibus. Hinc Sipontinus à Siponto, ut Sepiuntius à Sepiunte, *σιπωντις*.

Sipylus, pen. corr. *σιπυλος* Stephano, Vrbis est Phrygię, quę regnante Tantalo terrę motu concidit. Vide Strabonem lib. 1. & 12. Ovid. 6. Metam. Tunc quum Mæoniam virgo, Sipyllumq; colebat.

Siraci, corum, Populi sunt Scythici, Caucafi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strabo lib. 11.

Sirbōn, *σιρβων*, live Sirbonis, *σιρβων* Stephano, Palæstrę lacus, non procul à Casio monte, olim C. L. M. pass. circuitu: Plini rei d. ætate in exiguę paludis angustiam contractus. Herodotus Sirbonitidem vocat. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. & Strab. lib. 16.

Siren, sirenis, pen. genit. prod. [*σειρη* Germ. Eis Merwunder ab *mau* sit Jungfrau / vnder *au* eis *si*]. Monstrum maris genus poetarũ fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formã referens, inferiore in piscis caudam desinens. Hęc Poetę tres fuisse fabulantur Acheloi fluminis & Calliope Nymphę filias, quarum nomina fuerũt, Parthenope, Ligia & Leucolia. Hęc quum litus Siculum incolerent, nautas præternavigantes suavitare cantus in naufragium pelliciebant. Vlyses autem quum illę sibi iter esset, locorum aures cęca obturavit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire: seipsum verò malo navis iussit alligari: atq; ita periculum tutus evasit. Sirenes itaq; quum se cõtemnal viderent, impatientia dolens se præcipitaverũt in mare. Ovid. lib. 5. Metam. tradit has fuisse comites Proserpine, canq; raptam diu quævisserunt quum non invenissent, in maris monstra esse convertas sursum versum virginę formã, postrema corporis parte pisces: voce, cithara & tibis tam blandę canentes, ut cantus dulcedine nautas sopirent, sopitos demerserent, demersos etiã devorarent. Servius in illud Virg. 5. Aen. tamq; ad eõ scopulos Sirenu advecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos. sic ait, Sireucas secundum fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis & Calliope

Muse filię. Harum una, voce altera tibiis, alia lyra canebat: & primò juxta Pelorum, post in Capreis insulis habitaverunt. ubi nautas illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quę quoniam transcentes perducebant ad egestatem, sicut sunt inferre eis naufragas. Has Vlyses cõtemnendo deduxit ad mortem. Ovidius. Monstra maris Sirenes erant, quę voce canora. Quilibet admissas de nũtre rates. Hęc Servius. Dicitur autem sunt Sirenes, non *σειρη* hoc est, à trahendo (ut quidam voluerunt) quã Gręci diphthongo scribant: sed *σειρη*, quod inter cetera significat decipere. Aut *σειρη* *σειρη*, quod ceteram, vel vinculum significat: propterea quod advenas incautos amore sui, veluti vinculo quodam iniecit, retinebant. Fuerunt quę & aves quasdam in India esse tradiderunt, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos lætarent. Vide Plin. lib. 10. cap. 39. Sunt & Sirenes in fucorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, facim perfecti quum iam formam capere incipiunt. Idem lib. 11. ca. 16, de Apibus loquens: Cetera turba quum formam capere cepit, nymphas vocatur: ut fuci sirenes, atq; cephene. Siquis alterutris capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus.

Sirens, *σειρη*, a, um, adjectivum, *σειρη* ut Sireni scopuli, Geil. lib. 16. cap. 8: Tu quoque in illis Dialecticę gyris, atq; Meandris, tanquam apud Sirenes scopulos consenciscas.

Sireus, *σειρος*, Insulę tres sunt Lucanię adiacentes, et ad verio ejus promontori, à quo sinus Pastanus initium sumit.

Sires, *σειρη*, Thracię populi, supra Byzantium. Autor Steph.

Siris, *σειρις*, Fluvius Gręcię magnę, cum oppido ejusdem nominis inter hunc fluvium & Acirin sito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6, & Plin. lib. 3. cap. 11. Siris quoq; ab Aethiopijs appellatur Nilus, donec infra Meroen alveos suos omnes in unum collegerit. Plin. lib. 5. cap. 9: Insulæ ita innumeras spargit Nilus, quasdamq; tam vaite magnitudinis, quamquam rapida celeritate, ut tamen diuturnum quinq; cursum non breviter transvoler. Cetera clarissimam earum Meroen: Ad abores lævo alveo dicitur: hoc est, ramus aquę venientis è tenebris decem verò Aethiopijs, quod latentis significatione adicit: Nec ante Nilus quam se aquis concordibus turbis junxit. Sic quoq; etiam Nilus, ut ante, nominatur per aliquot millia. Basus ex Dionys. Hic quã se recis incidit flexibus agro, Aethiopijs lingua Siris fuit: utq; Syrenem Caruleus accedens eiti loca fluminis inundat. Nominis e clarò Nilum trahit. Quibus item puratur Siris à Sirio, sidere æthivo: quoniam sub ortum Canculę, & introitu Solis in Leonem, quotannis augetur. Vide Eustathium in Dionysium & Heilmollam in Plinium.

Sirius, *σειρις*, Germ. *Der Hundstern*. Pol. *σείρη* [Stella est in ore Canis, quę à Latinis Cancula dicitur. Hignus tamen in tractatu de signis celestibus, Sireum divosum facit à Cancula, neque in ore Canis, sed in capite ejus collocat. Hęc in coeli tunc cum Sole conjuncta, æstus ejus duplicat, mortaliumq; corpora nimio calore languida reddunt. Dicitur Sirius, ut quidam volunt, *σειρη* hoc est, à siccãdo propterea quod & flavus, & fontes nimio calore excutit ali, *σειρη* hoc est, ab evacuãdo, quod corpora nostra sudoribus evacuat. Lucan. lib. 10: rapidus quã Sirius ignes Exerit. Scat. lib. 1. Sylv. nec calido latravit Sireus astro. Servius enarrans illud Virg. 10. Aen. Non secus ac liquida liquidò nocte cometa Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor sic inquit, Sirius stella est in ore Canis: quę quantum in ipsa est pestifera est: sed pro qualitate adiacentiæ aut vincitur, aut majoribus utitur viribus. Hinc est quod quum tempore cetero oriatur, nõ semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mensè Julio veniens duplicat æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Sirius, & infra omnia Siria appellatur, ut annotavit Suidas: cojus verba sunt hæc: *σειρη* hoc est, Sirius Canem, quidam Solem: hęc autem omnia astra, Siria appellat. Est item Sirius, eodem Suida teste, amicali genus prætenue, leviter contextum.

Sirtæ, pen. prod. *σιρται*, Magnę Gręcię populi, Sirtis urbis incolę, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Vide Callium Rhod. lib. 7. cap. 10.

Sirtes, *σειρη*, Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, primus alexica inventor, qui & Matroa: hoc est, Magnę maris sacra pennis tibia fectur cecinisse. Vide Callium lib. 9. cap. 7.

Sirmōn, *σιρμων*, Vrbis est Pannoniæ inferioris, longiuscule à Danubio flumine distita. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgò *Sirmak*.

Sirmides, *σειρμις*, Insulę aliquot ante Samnōnię Cetera promontorium sitentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Sirrh, *σειρη*, Thracię oppidum est, apud Theopompum, referente Stephano: à quo gentile Sirrhæus.

Siriso.

Sisapo, onis, *omnis*, Oppidum Hispaniae Beticae, miniatius metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 1. ca. 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idem lib. 33. ca. 7. Celeberrimum ex Sisaponensi regione Beticæ minium.

Sisela, *omnis*, Pannoniae superioris urbs, Romanorum colonia: de qua Ptol. lib. 1. cap. 15. & Plin. lib. 3. cap. 25.

Sisigambis, Vxor fuit Darius, quae nulli suae aetatis feminae pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, nequis captivo corpori illuderet.

Sisyphus, pen. corr. *Sisyphus*. Germ. Ein Sohn Aegle, welcher von Thebes ist vmbgebracht und zur Hellen an ein ewigs seinstreten verdampt worden. Aeoli filius fuit, mortalium omnium suae aetatis altissimus, qui quum Atticam latrocinis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poetae fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cuiusdam verticem cogatur provolvere: quod quum ad summum pedem extulerit, repente deorsum relabatur. Ovid. lib. 13. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphæ saxum. Huc etiam respicit Virg. 6. Aen. Saxum ingens volvant alii, radiisq. rotarum Distincti pendunt. Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Meropi Atlantis filia nupsit. Ovid. 4. Fall. Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit.

Sisyphus, adjectivum, Ovid. 13. Metam. quid sanguine cretus Sisyphio, furisq. & fraude simillimus illi Inferis Aeacidis alienae nomina gentis?

Sithonia, *omnis*, Pars Thraciae est, teste Stephano. Plin. quoq. lib. 4. cap. 11. Sithonios collocaat in ea parte Thraciae, quae ab Hamo monte aversa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus vero lib. 7. Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniae collocaat ad sinum Thermaeum: eiusq. urbes facit Toronam, Sermylam, Mecedernam, & Olynthum. Poetae autem Sithoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias nives frequenter legimus pro altissimis Thraciae nivibus. Virg. 10. Aeglog. Sithoniasq. nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, *omnis*, Hispaniae Beticæ oppidum, in conventu Tarracoenis huius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Sittacene, *omnis*, Regio Asiae, Media ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicitur: Sittacene autem appellata à Sitrace urbe, regionis totius capite. Vide Plinium lib. 6. cap. 26. & 27.

S ante M.

Smertis, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentem, metuens ne regnum occuparet, occidit iussu. Fuit & alter Smertis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse assimulavit, eoque actu in regni successione inirepuit, regnavitque aliquot menses, donec fraude per Phardimam Otanis filiam detecta, conspersione septem optimatum est interfectus. Vide Herod. lib. 2.

Smilax, *omnis*, Pacliae nomen, quae amore Croci pueri capta extabuit, mutataq. est in fruticem sui nominis, quae similis est hederæ sive in flores, ut ait Ovid. lib. 4. Metam. Et Crocon in parvos versus cum Smilace flores.

Smintheus, *omnis*, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidia urbem colabatur: à muribus, quos Graecorum nonnulli *omnis* appellat, impositum. Quae de re duplex ab Homeri interpretæ affertur opinio: quarum prior est, fuisse in Chryse oppido Aeolidia, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteaq. eiusdem sacrificiis placatus, quum pellem hæc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit, à quo hospitio acceptus, pollicitusq. mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsam Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit, vocavitq. Apollinis Sminthei, quod Aeolicæ linguae dialectico mures *omnis* vocantur. Altera talis est: Quum Creten ses aliquando coloniam deducari essent, ab Apolline responsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellepontum, noctu mures dypeorum lora arroscent: itaque manè quum id factum viderent, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq. Smintiam appellaverunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid. lib. 6. Fall. Cõsulitur Smintheus, luoq. obscurus oparo.

Smintium, sive Smintheum, pen. prod. *Smintium*, Apollinis delubrum, circa Chrysam urbem, quae fuit in confinio Troadis & Aeolidia, teste Strabone lib. 13.

Smyrna, *omnis*, Vulgò Le Suiras, Urbs Ionie clarissima, Melete amne irrigata, Homeri ut plerimi credunt, patria. De hac Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnaem eventissent, circiter annos quadringentos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam sacavit, deinde Lyfimachus: & nanc

omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Vix sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homerum: hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxime hunc poetam sibi vendicant: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Urbis moenia Meles amnis præterfluit ad ceteram structuram etiam portum clausum habet. Hæcenus Strabo. Hanc Theceus Thellalus in memoriam uxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. Smyrnaem ite Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnaüs, adjectivum, Plectra Smyrna, Homericæ. Silius lib. 8.

S ante O.

Sogana, *omnis*, teste Ptolemæo lib. 11. dicta sunt ostia fluvii cuiusdam in Taprobana insula.

Soztes, *omnis*, Populi Asiae, Caucasii extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educant in pugnam. Vide Strabonem lib. 11.

Sothis, Aegypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autot Plin. lib. 36. cap. 8.

Socios, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit *omnis*, id est, Cornu Copiae, librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gellius.

Socrates, pen. corr. *Socrates*. Germ. Ein berühmter Philosophus zu Athen. Philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transfudit. Hic æquabilitatem in omni vita servavit, adeo ut idem semper vultus, eademq. frons sive prosperis, sive adversis rebus existeret usque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec zur hilaris magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebro inter se iurgarent, & ille eas derideret, quod propter se sceleratissimū hominem, simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, novissime verterunt in eum impetum, & male mulctatū fugientemq. diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulieret tam acerbam domo nõ exigeret? Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpetior, insulco & exerceor, quod foetis petulantium injuriam facilius feram. Iterum dicens Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam: Tu, inquit, nonne toleras anseres clamore petrepentes? eoq. respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatira obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit: Emissem pallium, si numos haberem, neminem poposset, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animadvertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, invenit primus Ethicem: id est, moralem Philosophiam, ad quam transiens, fertur dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quod præter ceteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuit, exempla utriusq. rei constant. Nam & patientiam Gellius palchro scommate refert: Quum uxorem Xanthippen contumacius ac clamorosi è loco sublimiore in se agentem diu tolerasset, & postremo aqua ab ea esset perfusus, cepit ridens dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonuisset, quandoq. pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus Physiognomus Socratem ex physiognomia iudicant, omnium libidiniosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus: Socrates minime mentium dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed hardum ac mente stupidum, & obtulum à Zopyro dicit fuisse iudicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Damonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli: & quum alius aliud apprehenderet, per se minax fuit quasi familiaris dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrantur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynica: & ab Aristippo, quem maxime voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenæica philosophia manaverunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Epicurorum, Megaricorum, Pyrrhonorum, qui se Socraticos esse dicebant.

S 2 dicere

minaretur: æqualis Euripidis, & Periclis, cujus etiam quædam
que collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXXIII
ante Socrate annis XVII. Primus tribus actionibus usus est,
adjecto eo qui vocatur Trigonista: hoc est, tertiarum & ul-
timarum partium histrio. Primus etiam chorus ex juvenibus
quindecim introduxit, quam antea duodecim tantum intro-
ducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compo-
sitiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atque ora-
tionem prolam, quam de Choro adversus Thepsim & Chori-
stium contenderet. Obiit autem sexto anno post Euripidis mor-
tem: cui styli magnitudine præfertur, licet ejus sententia infe-
rior. Filios habuit Iophonem, Leosthenem, Aristonem, Ste-
phanum, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres:
quanquam alii dicant multo plures. Victorias autem viginti
tres reportavit. Hunc Cicero divini poetam lib. 1. de Divin.
vocavit: eusque in Catone Majore his meminit verbis: Sopho-
cles ad summam senectutem Tragedias fecit, quod propter
studium quum rem familiarem negligere videretur, à filiis in
judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more ma-
le rem gerentibus bonis interdicti solet: sic illum quasi desipien-
tem à re familiari removeret iudices. Tum senex dicitur eam
fabulã, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oe-
dipum Coloneum recitasse iudicibus, quæ fuisse que num illud
carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicum
est liberatus. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriã ex
Tragedia quadam repente obisse Valerius autor est. Sopho-
cles superioris nepos, Poeta item Tragicus, qui docuit
Tragedias XL vicit & cõmemoratur à Suida: Sophocles
etiam Grammaticus, minor appellatus, enarravit Lycophro-
nem, Apollonium, aliosque poetas, cujus opera habemus.
Sophocles alius, dux Atheniensium, Sofratidæ filius, apud
Thucydidem.

Sophocleus, a, um, pen. prod. *σοφοκλειος*. Cic. ad Tyr. An pan-
gis aliquid Sophocleum? Virg. Æ. Aeglog. Sola Sophocleo tua
carmina digna cothurno.

Sophron, *σοφρων*, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore
vixit: ipse in mos vixit, & mimos fœmineos lingua Dorica, &
solita oratione, cujus scripta erant admodum obscura. Scia-
tus lib. 5. Sylv. Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Co-
mæ. Hujus scriptis tantopere delectatum ferunt Platone, ut
etiam mortuus capiti subiecta haberet. Fuit alter ejusdem nomi-
nis Comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosophistis.

Sophronia, *σοφρωνία*, Matrona Romana fuit, quam ob infi-
grem pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quæ
te vim Decii principis videret non posse effugere, consentien-
te viro, accepto gladio se ipsa transiit, & in divorum nume-
rum est relata. Autor Eusebius in Hist. Ecclesiastica.

Sophronium, *σοφρωνιον*, Meretriculæ nomen apud Plautum,
amaroria quadam adulatione per diminutionem prolata,
σοφρωνιον, quod temperantiam, modestiam, sive casti-
tatem significat.

Sora, *σορα*, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Plinius libro
3. cap. 5. Iuven. Satyr. 2. optima Soræ, Aut Phabratæ do-
mus, aut Fusinone paratur. Stephanus Soram alteram col-
locat in Phœnicæ.

Sora, *σορα*, is, vel Soractis, tis, Mons est Faliscorum Apollini sa-
cer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo stirpis fa-
milie super ambulatam lignorum struem ambulantes, nõ ad-
urebantur: ut refert Plin. lib. 7. cap. 2. Virg. 11. Aeneid. Summe
deus, sancti cultos Soractis Apollo. Plin. lib. 31. cap. 2. Varro
ad Soractem scripsit esse fontem, cujus sit latitudo quatuor
pedum, sole oriente eum exundare ferventi similem, avesque
que gustaverint, juxta mortuas jacere. Neutro genere usus est
Silius Italicus lib. 8. & sacrum Phœbo Soracte frequentant.
Vulgo Monte di s. silvestro.

Sorani, inquit Servius, dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sa-
binorum lingua *Hirpi* vocantur. Sorani vero, à Dite: Nam Di-
tis pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis patris.

Soranus, Ditis seu Platonis cognomen: à voce Græca *σορα*,
quæ tumulum sepulchralem significat: vel à Sora oppido, ad
Soractem montem sito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92. eo in
tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales.
Vnde videtur potest Platonem dictum esse Soranus, non dissimi-
li ratione ab ea, qua Avernum pio inferis poetæ acceperunt.
Soranus, *σορανος*, Ephesus medicus, Alexandriæ vixit. De-
inde Romam venit, ubi artem exercuit Trajani & Adriani tẽ-
poribus. Suidas.

Sorites, *σοριτες*, Populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis flu-
vius ab Indis determinat, nullum alium cibum nocentes,
quàm piscium, quos unguibus dissectos torrent sole, panemque
ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

Sosandra, *σοσανδρα*, Insula Græcæ adjacens: ita dicta,
quod iucolas suos à vi Lyctiorum servavit incolumem. Autor
Stephanus.

Sosianus, Apollinis cognomen, cujus Roma erat statua ex
cedio, & Seleucia advecta, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sosias, sive Sofia, *σοσιας*, Philosophus quidam impius, qui sub-
lata penitus providentia, omnia temerè facti aderebat: quo in
errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem & ipsum
etiam Epicurum, versatos accepimus. Hæc item hoc personæ
protaticæ nomen in Terentiana Andria.

Sosibius, *σοσιβιος*, Grammaticus Lacedæmonius, cujus me-
minit Suidas. Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui fal-
so tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum invasit, & Ly-
simacho Arsinoës filio machinatus est necem.

Sosigenes, *σοσιγενης*, Astrologus insignis fuit, cujus opera us-
us est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Au-
tor Plin. lib. 18. cap. 25.

Sosicles, *σοσικλης*, Patria Syracusanus, poeta Tragicus, circa nõ
vltima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis, quos à si-
deris nomine, quod septem numero essent, Plejadem appel-
larunt. Docuit fabulas LXXIII. victorias retulit septem. De
hoc Suidas.

Sosii, Bibliopola: erant celeberrimi Horatii temporibus, quo-
rum meminit lib. 1. Epist. librum suum alloquens: Scilicet ut
prostes Sosiorum pumice mundus.

Sosipater, *σοσιπατερ*, Nobilis Grammatici nomen, è Cary-
ro Eubœæ oppido: cujus meminit & Suidas.

Sosipatra, *σοσιπατρα*, Mulier è Libya, Aedesi Sophistæ uxor,
quæ ob insignem doctrinam, vaticinandiq; peritiam à numi-
bus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sosithus, *σοσιθης*, Poeta Tragicus, patria Syracusanus, ut a-
lii Atheniensis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria
Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quod septem essent
numero, Plejades dicebantur. Homerici Tragicæ æmulus. Vide
Suidam.

Sosipolis, *σοσιπολις*, Iovis cognomẽ apud Magnesium, cujus
meminit Strabo lib. 14. Sosipolis alius apud Eleos coleba-
tur: ita dictus quod ab Arcadum impetu civitatem servasse cre-
deretur. Ferunt enim Eleis adversus Arcades in prælium ex-
cantibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestan-
tem, cujus sese & matrem esse dicebat, & in fomus monitam,
ut illum Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Accep-
tus à muliere puer, & in ipsa aciei hôte nudus hostibus ob-
jectus: qui in ipso incundi prælii momento in draconis speciem
se transformavit, tantum que Arcadibus terroris incussit, ut
se protinus in fugam converterent. Cujus beneficii memores
Elei, eo in loco, quo draco se recipere visus erat, sacrum stru-
xerunt, quod Sosipolidei deo dedicaverunt.

Sostratus, *σοστρατος*, Insignis architectus, qui in insula Pharos,
jussa Ptolemæi Philadelphii turrim extraxit ad ostendendos
nocturnos ignes, navigantiumque cursus dirigendos, cum hu-
jusmodi inscriptioe: Sostratus Gnidius Dexiphani filius,
diis servatoribus pro navigantibus: Nam quum ora ex utraque
parte importuosa & humilis esset, & cautes, & brevia haberet,
signum aliquod necessarium fuit, altum & clarum, quo na-
vigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strab. lib. 7.
Sostratus alius fuit nobilis æneorum signorum artifex, qui
CXIII. Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius
item pugil, patria Sicyoniæ Actocheus cognominatus,
quod adversarium extremis manibus contingeret: nec ante di-
mitteret quàm deficientem sentiret. Autor Pausanias.

Sotades, *σοταδης*, Maronites poeta fuit, turpissimi carminis au-
tor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc
carminis genus sumpto nomine ex argumento, Cinædos in-
scripsit Suidas.

Soterichus, *σοτεριχος*, Versificator fuit ex Asso Troadis, qui
Dioctetiani encomium scripsit, & Dionysiacorum libros duos,
& alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Soterichus, *σοτεριχος*, Epidaurius Grammaticus, Pamphi-
liæ doctissimæ mulieris patricus: cujus meminit Suidas.

Sotir, *σοτιρ*, Vrbis Arzenorum ab Antiocho Seleuci filio cõ-
dita, Stephanus.

Sozisa, *σοζισα*, Trium oppidorum nomen, quorum unum in
Phœnicæ collocatur à Stephano: secundum in Pisiâ: tertium
in Aethiopia.

Spaco, *σοακος*, Vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medo-
rum regis, & nutrix Cyri: quæ vox, quoniã Medorum lingua
canem significat: factum est ut Cyrus creditus sit nutritus esse
à cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spalathra, *σοπαλθρα*, Magnesiæ oppidum apud Plinium lib.
9. cap. 9.

Spargapises, *σοργαπισης*, fuit filius Tomyridis, Massa geta-
rum reginæ: qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor He-
rodotus lib. 1.

Sparta, *σορτα*, Germ. Die gewaltig Statt in Peloponneso ge-
legen / sonst laubt man genant / host jezt Meira. Peloponnesi
civitas

civitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta...

Spartanus, a, um, idè quod Lacedæmonius. ... Virg. I. Aeneidos: Virginis os habitumq; gerens & virginis arma Spartana.

Sparta, Lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur & congelantur.

Spartacus, a, um, Famulus gladiator fuit, è Thracia oriundus, robore animi & corporis præstant, qui unà cū Chryso & Oenomaio, effraçto Lentuli ludo gladiatorio, cū septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manūq; servorum congregata, quasi iusto exercitu comparato, Cervesium montem in Campania occupavit: ubi quum à Clodio Glabro obsideretur, ejus castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Pretorum fascibus appellatus est Imperator, inde Lentuli exercitum in Apennino dissipavit: apud Mutinam Cassii castra delivit. Tandè quum de Vibe invadenda deliberaret, à M. Crasso pulsus, fugatusq; quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuria trajicere potuisset, cum suis omnibus, fortissimè dimicans quasi Imperator, occisus est. Lucan. lib. 2: Parthorum unam post prælia fospes, Et Scythicus Crassus victor remeasset ab oris, Ut simili causa eaderes, qua Spartacus hostis.

Spartopollis, a, um, Persona erat histrionica in Tragedia, à sparti canite dicta, virili specie, nigra & subpallida: quemadmodum contra polia, a, um, facie muliebri, denso, canoq; capillitio, cæteris omnibus muliebribus personis, ut ætate, statura & dignitate præstant. Vide Iulii Pollucem Onomastici lib. 4, & Hermolaum in Plinium. Est item Spartopolis gemma quedam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. lib. 37, cap. 11.

Sperchius, pen. prod. Germ. Est flus in Thessalia, fessit in du Matensis Meris. Fluvius Thessalia, qui Pelio monte effusus velocissimo cursu defluit in sinum Mælicum. Autor Strab. lib. 8. Luc. lib. 6. fessit amne citato Mælicus Sperchios aquas.

Spermophagi, a, um, Aethiopiae populi, non procul à Meroe insalata dicti quod semine victitant, quod Græci appellat. Autor Strab. lib. 16.

Sperippus, a, um, Philosophus Atheniensis, Platonis ex torore nepos, qui octo annos Platonice scholæ præfuit. Erant hunc senio confectum, sibi mortè confutivisse mœtore impulsus. Ptolemaeus verò scribit, illam pediculis effervescensibus interisse. Primus invenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Diogene commemoratos. Hunc Plato quasi Philosophiae hæredem reliquit, ut scribit Cic. lib. 1. Academ. quest.

Sphæteri, a, um, & Sphagia, a, um, Insula est Messenice a Sjaccens è regione Pyli, cujus meminit Strab. lib. 2.

Sphinx, vide in APPEL. Spineticum, Vnum ex Padis ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo veniit, quam navi intravit Adriam, à Spina urbe nomen habens, quam conditâ voluit à Diomede. Vide Plin. lib. 3, cap. 16.

Sprinthus, a, um, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificavit. Autor Pausanias.

Spio, a, um, Nympha marina, Nerei & Doridis filia sic appellata à speluncis maris, in quibus Nymphae habitare dicuntur. enim spelunca est. Virg. 4. Aen. Niseq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;.

Spoletum, a, um, Ger. Die Stadt Spoleto in Italia Civitas in Umbria, etiam hodie nomen retinens.

Spoletinus, a, um, pen. prod. Ve ab Aretio Aretinus: ut, P. Cominius Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Mart. lib. 13. De Spoletinis, qui sunt cariota lagenis, Malueris, quam si vina Falerna bibas.

Sporades, a, um, Insulae quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib. 10. scribit. Dicitur quod in mari sparsæ sint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocosa, Phœcassa, Scinusa, Pholegædros, Thera, Anaphe, Astypalza, Lagusa, & Ios, in qua Homerus fertur esse sepultus.

Sporus, Spado fuit à Nerone in deliciis habitus, quem etiam in mulierem conatus est transformare, eundemq; dote inter auspices consignata, palam uxorem duxit. Post Neronis autem necem, iustus à Vitellio ut in habitu confutratæ puellæ, se in theatro siceret: nō ferens tantam ignominiam Sporuz mæus sibi intulit.

Spurina, Dux regis Parthorum, qui Crassum interemit. Et Mathematicus ac vates, qui Cæsari prædixit ut Martius cave-

ret Idus: cujus Tranquillus in Cæsarè & Valens meminit. Tertius hujus nominis adolescens fuit egregia forma, qui quum se feminas, virosq; ad libidinem aspectu decore videt invitare, oris pulchritudinem vultibus spontè dehorret. flavit. Autor Valerius de Verecundia.

Stabianus, a, um, Campanie oppidum bello sociali à Sylla delictum. On. Pompejo, & L. Carbone & O. S. Autor Plin. lib. 3, capite 7.

Stabianus, a, um, Ager Stabianus. Plin. lib. 32, cap. 11. In Stabiano Campaniæ ad promontorium Hercules Melanum, in mari panem abjectum rapiunt: idemq; ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

Stagira, a, um, Oppidum in finibus Macedoniae, ad sinum Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagiritæ, a, um, cognominatur.

Staphylus, a, um, Sitheni filius, primus aquâ vino miscere docuit Plin. lib. 7, cap. 56.

Starcæterus, Rex Danorum, qui quum Lenum quendam per nefas occidisset, penitentia ductus, ejus filio Hathero sequebatur occidendum. Saxo lib. 8.

Staseas, a, um, Neapolitanus philosophus Platonicus, afflicti bit Cic. de Finibus bon. & mal.

Stasis, a, um, Vrbis est Pestiæ, edita in petra sira, quam tenuis Antiochus Seleuci filius, Geniole Stalites, a, um, Stephano. Stasandus, [Ger. Der Kinde des Oer] nomen se fessit tamen fessit Deus pietatis præfessit credidatur apuquis, in cujus turba pueri esse putabatur, quum primum stare atq; incedere inciperentur ex Vatione de Libris educandis docer Nonius.

Statinæ, a, um, Insula, secunda syllaba corr. Insulae sunt in sinu Campano, terræ motu enata, teste Plin. lib. 2, cap. 22. Papius in Sylva: Aenariq; lacus medicos, Scatinasq; renatæ.

Statius, a, um, Poeta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in Comœdia partes tribuit: quanquam à Cicero non nunquam malus linguæ Latine auctor, non nunquam etiam futurus scriptor appellatur. Statius alius, cognomen to Papinius illustri Poeta fuit Neapolitanus, Domiani temporibus, Juvenalis & Martialis æqualis: cujus multa extant Poëmata. Sylvarum libri quatuor: Thebaidos libri duo decim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte præventus absolvere nō potuit. Scripsit & Agaven Tragediam, quâ inopia coactus Paridi histrioni vendidit. Juven. Sat. 7: Cuius ad vocem jucundam, & cæcæm amica Thebaidos, laurum facit eum Statius urbem, Promissiq; diem, tanta dulcedine ca pros Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi. Andronicus quum fessit subscissa versu, Eius in ista dram Paridi noli vendat Agaven. Fuisse autem horum utrunque servum, Statii nomen servile suis declarat.

Statones, Hetruriae populi, apud Plin. lib. 2, cap. 2, quorū oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib. 5. In horum agro vinum satis generosum nascebat, quod Statonense vocabatur: cuius meminit Plin. lib. 14, cap. 6.

Staryelli, a, um, Populi Liguriae, teste Plin. lib. 3, cap. 5, quorum oppidum Aquæ Staryelice collocatur à Strabone in ea via, quæ à Genoa Placentiam ducit.

Stella, a, um, Poeta Paravinus lepidissimus, familia consulari ortus, Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quâ tandem duxit uxorem. Hæc in deliciis habuit columbæ, avom dicatam Veneti, quam Stella fessit defunctam pulcherrimo carmine copulq; ipsam Columbâ inscripsit. Mart. lib. 12. Lanigeros habitat facundus Stella penates.

Stennio, a, um, Vocatio lib. 10, cap. 10, una est Gorgonum, sed Schenno scribendum, ut insi: filia Phorci ex moalito marino suscepta, quæ debilitas interpretatur: id est, timoris motu, quod tantum mentem debilitat. Vide GORGONES.

Stentor, a, um, Germ. Ein Oris isther Haupt in anno ein groß gestirbt oder nicht fahrt. Græcorū omnium vocalissimus, qui quinque ginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquabat, ut placet Homero 5. Iliad. Unde proverbium: Stentore clamorior. Juven. Satyr. 13: Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis.

Stercurius, a, um, Dicitur est Saturnus, quod primus stercoreandi agrationem invenit. Autor Macrobius.

Stereontium, a, um, Vrbis in inferiore climate Germaniæ, cujus meminit Ptol. lib. 2, cap. 12.

Stêropes, a, um, penult. corr. Stêropes Suidæ, Atlantis filia una Plejadum: quam nonnulli Aëtopen vocant. Vide supra in dictione PLEIADES.

Stêropes, a, um, pen. corr. Stêropes, Vnus ex Vulcani ministris, à fulgure nomen habens. Virg. 8. Aen. Brontesq; Stêropesq; & nudus membra Pyramos.

Stesichorus, a, um, pen. corr. Stesichorus, Nomen poetæ Lyrici ex Himera Siciliae urbe, à qua Himeræus est dictus. Alii ex Methastia urbe natum dicunt. Alii ex Palæstia Arcadiæ oppido. Fessit

runt inde profugam Catanam venisse, eoq; in loco defunctu, & extra portam urbis sepultum fuisse, portamq; ab eo Stelichoriam nuncupatam. Natus est trigelima septima Olympiade sextaq; & quinqua gesima obiit. Fertur Iulianiam aliquando in ore Stelichori infantis cecidisse mirabili auspicio, summum cum Poetam futurum, & cantus suavitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinu, optimum geometram. Dicitur & scripsisse Helene vsupationem, ex quo exoculatu fuisse, rursusq; ob palinodiam visum recuperasse. Quam fabulam tetigit & Horatius in Epod. ad Canidiam sic scribens: Infamis Helene Castor offensus vice, & Fraterq; magni Castoris, vixi prece. Adempta vati reddidit lumina. Vocatusq; est Stelichorus: quoniam primus eu cithara cantu chorum instituit: nam prius Tifias vocabatur. Auctor Suidas. Quintilianus vero libro decimo, capite primo, sic eum taxat: Stelichorus, quam sit ingenio validus, materie quoq; ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem ducti, & epici carminis onera lysa sustinent. Reddit enim personis in agendo summi loquendoq; debitam dignitatem, ac si recitasset in odum, videtur amulan proximus Homerum potuisse: sed redundat, atq; offenditur: quod ut est reprehendendum, ita copie vitium est.

Stelicea, Mulier fuit insigni forma, mira; venustate premita, quae quum a Themistocle & Aristide adamarerit, causa fuit disidii inter duos praestantissimos duces. Auctor Plutarchus in Themistocle.

Stesimbrotus, pen. corr. *stisimbrotus*. Historicus fuit Tarfenlis, qui Cimons Atheniensium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho in vita Cimons. Stesimbrotus alius fuit Epaminonda filius, a patre interfectus, quod cum Lacedaemonibus ipso inconsulto manum conferuisset, etiam si speciosissimam eo ex praelio victoriam reportasset. Auctor Plutarchus in Parallelis.

Stenelus, *stis*. Capanei & Evadne filius, unus ex Graecorum ducebus qui bello Troiano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat, qui ligni equi alvo fuerunt inclusi. Theofandrus (*inquit*) Stenelusque ducer, & dicitur Vlyses. Fuit & alter Stenelus Persei filius ex Andromeda, cujus meminit Homer lib. 2. Iliad.

Stenoboea, *stis*. Suidas Praeci Corinthiorum, aut (ut alii malunt) Argivorum Regis uxor, filia Iobatae regis Lyciorum, quae bellis Troianis amore capta, quum repuliam tulisset, apud virum eum detulit, tanquam vinu sibi afferre voluisset. Quam fabulam qui latius nosse cupit, videat supra in dictione BELLEPHONTES.

Stenyo, *stis*. Fuit una ex filiabus Phocci & bellae marinae, Medusa foror. Vide latius supra in dictione GORGONES.

Stelion, *stis*. Mercurii stella, *stis* *stis* hoc est, a Iucendo dicta. Cic. 2. de Nat. deo. infra autem haec stella Mercurii est, ea *stis* appellatur a Graecis, quae anno ferè vettete, signiferum lastrat orbem, neq; a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum anteverrens, tum subsequens.

Stilico, *stis*. Honorii Imperatoris socer, a Claudiano poeta multis laudibus celebratus. Hic quum res plenas facillime gessisset, tandem ut Eucherium filium ad imperatorium fastigium eveheret, adversus principes conjuravit: quae Gothorum irruptioni resistere posset, ut imperatorum vires minueret, passus est Ibrahim ferro, flammisq; crudelissime devallari. Vide Eutropium.

Stilpo, *stis*. Megarensis philosophus fuit, tempore primi Ptolemei, discipulos Patidus Thebani: praefuit scholae Megarensi scripsit dialogos non minus viginti. Huic quum Ptolemus Soter, patria eius potius, splendidam conditionem offerret, si secum in regnum proficisci vellet, constantissime recusavit. Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quum Megara cepisset, tantum huic honoris detulit, ut quicquid illi ablatum erat, iussent restitui. Ille contra nihil se amisisse respondit: Philosophiam enim cum eloquentia neminem sibi admiscere potuisse. De hoc quoque memoria prodidit Cicero in lib. de Fato, quod quum ei vinolentus, & luxuriae vitia essent ingeuita, sic vitiosam naturam edomuerit, ut aemo unquam vinolentum illum, aemo in eo libidinis vestigium viderit.

Stiphelus, *stis*. Unus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius, a Caeneo interfectus ea in pugna, quae in Pirithoi nuptiis commissa est inter Lapithas & Centauros. Ovid. 12. Metam. Quinque neci Caeneus dederat Stiphelumq; Bromumq; *stis*.

Stechades, *stis*. Germ. *Stech* *stis* in aufgang des Rhodanus nabe bei Warfien. Vulgo *La bra*. Insulae sunt numero tres, Massiliensiu littori viciniae dictae propter ordinem quo sitae sunt. Plin. lib. 3. ca. 5. Stechades tres a vicinis Massiliensibus dictae propter ordinem: quas item nominant singulis vocabulis, Protea, & Melen, quae & Pomponiana vocatur: tertia Hypaea. Lucan. lib. 3: Et jam turriteram Bruti comitata cari-

nam Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis Stechados arva tenens.

Stoici, *stis*. Philosophi appellati sunt a *stis*, quod significat porticum, quod coavenire ad differendum solebat. Erat enim porticus Athenis dicta Paeile, ex varietate picturae (Graeci enim *stis* varium dicunt) in qua Zenon, primus ejus se die autor, philosophia profitebatur. Unde & secta Stoica, & Philosophi Stoici nuncupati sunt, qui antea Zenonis dicebantur, a Zeione doctore. Haec est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysiptus dictus est fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuito. [Germ. *Die Philosophi der secti Zenonis an dem tempore in dem schiff zu Athen Paeile gemant getichet hat.*]

Stoice, adverbium, Cicero in Parad. De diis immortalibus, de charitate patris, Stoice scilicet, nullis oratoris ornamentis adhibitis, dicere de Catone.

Strabo, Insignis geographi nomen, qui temporibus Augusti, & Tiberii claruit. Scripsit Commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur.

Stragona, *stis*. Vids in climate inferioris Germaniae apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Stratius, *stis*. Iovis cognomen, qui apud Caras colebatur: quod nos *bellis* interpretari possumus. Auctor Herodot. lib. 5.

Strato, *stis*. Nomen proprium Sidonis reguli, qui (ut Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ne imminuentibus Peris ludibrio foret, quorum secus Aegyptii regis societate neglexerat, detrahebatur formidine, & gladio, quae arripuerat, circumspiciens, hostium phides expectabat adventum. Quam jam jamq; capiendum uxor intelligens extorsit acinacem de manu, & latus ejus transverberavit. Compositusq; ex more cadavere se motens superjecit, ne post virginalia foedera, alterius coitum sustineret.

Straton, *stis*. Ut scribit Suidas, Lampfacenus philosophus fuit Theophrasti familiaris, & successor, & praceptor Ptolemei Philadelphici: qui ob insignem naturalis philosophiae cognitionem Physicus est cognominatus. Stratones octo fuerunt primus Isostratis auditori secundus Lampfacenus, Theophrasti discipulus: tertius medicus, qui Erasistratum audivit: quartus historicus: quintus poeta, Epigrammatum scriptor: sextus antiquus medicus, ut ait Aristoteles: septimus Peripateticus: qui vixit Alexandria. Haec Diogenes Laertius. Octavum Plutarchus Stratonem ponit rethorices praepceptorem, ac Buri familiarem, qui una cum eo in bello Philippensi fuit: solusq; adhibitus, dum ille sibi mortem confecit. Conciliarius postea Augusto per M. Messalam, qui comes ad bellum Aethiicum fuit. Lacrymans enim Messala: Hic est, (inquit Augusto) qui meo Bruto gratias extremas subministravit.

Stratonice, *stis*. Ariarathi Cappadocum Regis filia, uxor Eumenis, Pergami Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum successit. Vide Strab. lib. 13.

Stridon, *stis*. Vulgo *Sidriga*, Oppidum in agro Iulianopolitano fuit, in Dalmatia & Pannoniae confinio, D. Hieronymi patria, a Gothis eversum.

Strongyle, *stis*. Vulgo *Stromboli*, Insula est maris Tyrrheni, non procul a Sicilia, una Aeolidum: cujus incolae triduo ante ex fumo praedicere solebant, quinam statui essent venturae: factus est locus fabulae, ut Acolus qui in hac insula regnabat, ventorum rex crederetur. *stis* est autem Strongyle a rotunditate: nam Graeci rotundum *stis* appellant a Silio Italico lib. 14. Strongylos appellatur: Mille Agathina dedit, perlatatq; Strongylos Aulius. *stis* Strongyle item dicta fuit Aegei maris insula, una Cycladum, quae notiore nomine *stis* appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.


Strophades, *stis*. Germ. *Stroph* *stis* in der Inseln Meer neben Zaymbus gegen Mitag getegen. Vulgo *Strophades*. Sunt duae insulae in mari Ionio, ad Occidentale latus Peloponnesi, quae antea Plotae dicebantur. Strophades dictae a conversione Calais & Zethae, qui ad has usq; insulas Harpyiae persecuti, inde reversi sunt. Nam *stis* inter cetera conversionem significat. Virg. 3. Aen. Excipiunt Strophades: Graeco sunt nomine dictae, Insulae Ionio in magno.

Strophilus, *stis*. Proprium nomen Phocensis regis, patris Pyladis: cujus beneficio Orestes matris suae crudelitati est ereptus, & una cum Pylade ejus filio liberalissimè educatus.

Struma Nonii cujusdam Romani Senatoris nomen fuit, in quem veluti sella curuli indigno stomachatur Catullus poeta. Epigr. 69. Sella, inquit, in curuli Struma Nonius sedet.

Struthopodes, *stis*. Mulieres sunt in India tam brevitate, ut nomine acceperint a passerulorum pedibus. Siphontinus.

Strymon, *stis*. pen. gen. corr. [Germ. *Strom* *stis* in Thracia, aufgang im Berg Eno, vnder schiedet Thraciam von Macedonia.] Fluvius est Macedoniæ a Thracia dividens, ut Plinio placet. Nam Ptolemæus Nello Flavio eas determinat. Oritur Strymon in Hamo monte, septemque efficit lacus: quibus



deinde in unum alveum collectis, juxta Amphipolim influit in maris Aegypti sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virgilius 4. Georg. Rupe sub adversa, deserti ad Strymonis amnem.

Strymonis, a, um: ut Grues Strymoniae. Virg. 10. Aen. quales sub nubibus atris Strymoniae dant signa grues.

Stura, Fluvius est in Alpibus nascens, unus ex triginta, qui a Pado in mare Adriaticum defertur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Sture.

Sturii, Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quaedam insulas incolentes. Autor Plinius libro 4. cap. 15. Vulgò *Los de Stavaren en Frisa.*

Sturium, insula est Galliae Narbonensis adjacens, non procul a Stoechadibus. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Styellia, Castellum Megaridis in Sicilia, cujus incolae dicuntur Styelleni. *Styellia Stephano.*

Symphalius, Lacus in Arcadia juxta Symphalium oppidum, ex quo Erasinus fluvius erumpit. Ovid. lib. 2. Fastorum. Testis erit Pholoë, testes Symphalides undae. A Symphalo lacu Symphalides aves appellatae sunt, tantae magnitudinis ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devastantes, donec ab Hercule aenei crepitaculi fonitu peccerentur. Virgilius de Herculis arumnis: Symphalidas pulit volucres discrimine quinto. A Symphalo oppido fit Symphalius, phalia phalium, & Symphalis, lida. Hieronymus contra Iovinianum: Aristoclidis Orchomeni tyrannus adamavit virginem Symphalidem, quae quum patre occiso ad Templum Dianae concessisset, & simulacrum eius teneret, nec vi posset avelli, in eodem loco confossa est. Ob cujus necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, ut bellum publice sumeret, & necem virginis ulcisceretur.

Styra, Euboeae insulae oppidum fuit, non procul a Carystis, a Phaedro Atheniensium duce bello Malliaco eversum. Autor Strabo lib. 10.

Styx, [Germ. Ein heiliger Fluss bey dem die Götter schwuren.] Fons est ad Nonacrum Arcadiae & laxis profluens, exitusque omnibus animalibus, tanquam frigidus, ut potus statim enecat, ferrumque acies erodat, solaque, multae unguis possit contineri: caetera vasa frigoris vehementia statim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipatro non sine Aristocleis consilio, putant peremptum. Styx Graecis maestitiam sonat, unde *Styx* quod querulum, tristem, vel odiosum sonat. Hinc poeta occasione arripuerunt, qui Stygem paludem esse apud inferos dixerunt: apud superos tanta in veneratione habitam, ut nefas ducerent quicquam eorum quae per Stygem jurassent, non observare. Siquis deorum violasset, ceterum animi a nebulare abstinere, & numinis maiestate erat privatus. Virg. 6. Aen. Stygiamque paludem Dii cuius jurare timent, & fallere numen. De hac Servius sic scribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Iovi favisse: pro cuius remuneratione Iupiter ei tribuit, ut jurantes dii per ejus matrem non audeant fallere. Ratio autem haec est: Styx maerorem significat: unde *Styx* tristitia Styx dicta est. Dii autem legi sunt semper, unde & immortales: ergo quia maerorem non sentiunt, jurant per rem suae naturae contrariam: id est, tristitiam, quae est aeternitati contraria. Idem jusjurandum per execrationem habent. Haec Servius enarrans hunc locum Virg. 8. Aen. Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara, & alia palus in Aegypto juxta Memphis, quae veteres Styga vocaverunt, ambiens Abaton insulam.

Stygius, a, um, adjectivum, ut Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra Iovi Stygio, quae tunc incepta paravi. Stygius canis: id est, Cerberus. Seneca: Hic saevus umbras territat Stygius canis.

Suad, a, e, a Romanis dicta est quaedam persuasionis dea, quae Graeci vocant *Πειθεΐα*. Cic. de Clar. Orat. *Πειθεΐα* quam Graeci vocant, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Eius autem Cethegam medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis fecerat, huius hinc medullam nostram oratore fuisse dixerit. Et paulo post: Cethegam illi homines florem populi esse dixerunt, Suadamque medullam dixit Ennius.

Subveteribus, Est loci nomen in urbe Roma, sicut & Subnovis. Plaut. in Cure. Subveteribus ibi sunt qui dat, qui accipiunt sub scaenore. Suetonius in August. Bisatiam laudatus est, pro aede divi Iulii a Tiberio: & pro Rostris Subveteribus. Vairo: Subnovis dicta pars in foro aedificiorum: quod vocabulum est pervectum.

Subur, Est Hispaniae Tarraconensis oppidum ad flumen Rubricatum, ut scribit Plinius lib. 3. capite 3. Vulgò *Siegen*: alius *Subel.*

Suburrā, Vicus Romae, ut ex Iunii sententia refert Varr. lib. 4.

de lingua Lat. sic dictus ab eo, quod situs sit sub loco, quem Terrem murū appellant. Verum ego (inquit Vatro) penitus a pago Succusano puto dictū Succusam, inde mutata in Suburrā. Cujus rei indicium est, quod antiquus, per c. lineam, non per b scribatur. Festus vero Verrium sequens, a succurrendo dictā existimat, quod in ea statione soleat habere praesidium stativū, ut Exquilis succurreret. Gabinus eā partem infestantibus. Cujus rei indicium profert, quod a suo seculo, Succurrana tribus scribi soleat, per c litteram, non Suburrana per b. Suburrāns, na, num, ut Regio Suburrana, in qua meretricum diversoria erāt, quae ob id Suburranae dicitur a Porcia. Mart. lib. 6: Fame non nimium bonae puellam Quales in media sedent Suburra. Vendeat modo praeco Gelbaeus.

Sufellā, Campaniae oppidum, non procul a Lini amne, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Suffa.*

Sufestiones, Gelliae Belgicae populi, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 17. in provincia Remensi. Hodie *Suffes.*

Sufevi, [Germ. Die Schwaben.] Bellicosissimi Germaniae populi, olim Albi, hodie Danubii accolae. Luc. lib. 2. Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos.

Suffes, [Germ. Das Schwabenland] dicitur eorum regio. Olim circa Albi habitaverunt. Et plus quam centum pagos habuerunt. Geas valida & bellicosissima.

Sullā, Ab antiquis dicti sunt, qui postea Sylla propterea quod praeci illi peregrinam literam nullam recipiebant unde & Funges vocabant, quod nos Phrygi dicimus. Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceronem legimus, pro Syllano, ad Attic. lib. 10: Non fuisse & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus dies ille Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil utraque eorum fecisset. Quo in loco Syllanum diem cum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor, urbem ingressus, omnia credibus & proscriptionibus vastavit. Unde autem primum Sylla, vel Sullae dicti sunt, vide infra in SYLLA.

Sullā dicitur, de Syllae derivatum a Sylla formatum, id est valens quod proscripserit, vel Syllae proscriptione imitari. Cic. ad Attic. lib. 9: Sed mediis fidius turpe nobis puto esse, de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. nosse biennio ante cognovit, ita Sullanum animus eius, & proscripserit jam dia.

Sulmo, [Germ. Sulmo] Oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiae, nonagesimo ab urbe distant lapide, Ovidius poete patria, ut ipse testatur 4. Trist. sic scribens: Sulmo mihi patria est gelidus uberrimus undis, Miliia qui noviter distat ab Urbe decem. Dicitur Sulmo a Solymo Aeneae comite, conditore, cuius nomen ut testatur idem Ovid. 4. Fast. Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida. A quo Sulmonis moenia nomen habet.

Summanis, pro. pro. Pluto, deus inferorū: ita dicitur, quia summus deorū Manium in nuptiis Philologiae docet Martianus. *Summanis* Hinc Romani nocturna fulmina assignabant, quem admodum diurna Iovi, teste Plin. lib. 2. cap. 31.

Sunium, [Germ. Cabo de Calumbas] Extremū Antae promontorium, Ortū spectans, vicum habens ejusdem nominis, quem Leonardi tribui assignat Stephanus. Vide Ptolemaeum decima Europae Tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

Surrentum, [Germ. Surrentum] Ptolemaeo, Oppidum est Picentinorum, juxta Minervae promontorium, Sirenum quondam sedem, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc Surrentina vicia, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.


Sussa, [Germ. Sussa] Ptolemaeo, Urbs nobilissima, inter Persidem & Babyloniam sita, Persiarum olim regia, a Dario Hyrtaspis (si Plinio credimus) aut (ut Straboni placet) a Tithone Memnonis patre condita, trans Choaspem fluvium a cujus usibus nomine circumjecta regio dicta est Susiana. In hac urbe nobilitas illa Cyri regia, candido, varioque marmore, columnis aureis, magnaque gemmarum copia exornata, caeli in lacunaribus habens simulacrum, stellis micantibus insignitum. Est autem hoc nomen pluralis tantum numeri, & neutri generis. Propert. lib. 2: Non tot Achemenis armantur Sussa lagina. Lucanus: Non tot Achemenis deducunt Medica Sussa Agmina. Dicta autem putantur Sussa a liliorum copia, quae illorum lingua *Susa* dicuntur.

Susiana, [Germ. Susiana] Stephano, Germ. *Ein Land* est Asia, inter Persidem & Babyloniam, Persia, und dem Meer. Asia regio, Persica dittonis, quae a Septentrione terminatur Assyriab Occasu Babyloniam adjacet: ab Oriente habet Persidem: a Meridie partem Persici sinus. Dicta Susiana a Susis urbe nobilissima. Persiarum regia, & totius regionis caput. Latiorum eius descriptionem pete ex Ptolemaeo lib. 6. cap. 3.

Susiana, Vide SYSSA.

Sutrium, [Germ. Sutrium] Oppidum Tusciae mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

Sutrus, (ut ex Catonis sententia refert Plin. lib. 4. cap. 1.) Nomen fuit elephantis, qui in Punica acie fortissimè dimicaverat, altero dente mutilato.



Syagra, *Syagra*, *σύνερα*, Regio Siciliae prope Adum & Laerten, à suum venatione (ut ex nominis compositione apparet) appellata.

Syagros, *σύνερος*, Germ. Ein Schindl.] Casis nomen est apud Sophoclem, à suum venatione impositum. & Graecis ut Syagros, aprum, seu suam sylvestrem significat.

Syagrón, *σύνερος*, Extremum Arabiae felicitis promontorium, ad mare rubrum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23, & 28, & Prolemæus Tabula Asiae sexta.

Sybaris, *σύνερος* Stephano, Magnae Graeciae oppidum, inter Crathia & Sybarin amnes, ab Achivis conditum, qui post Trojae excidium vi tempestatis eò fuerit appulsi. Huius olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit gentes, & quinque & viginti urbes suo subdidit imperio, & contra Crotonatas trecenta hominum millia armavit. Autor Strab. libro 6. & Est & Sybaris (ut jam diximus) fluvii nomen juxta urbem eisdem nominis, à cuius incolis submovent greges: live quoddam pecora sterculentis exagitet, ut visum est Straboni: live quoddam vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem eis inducat, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 2. & Est item Sybaris adolefcentis nomen apud Horat. libro 1. Carm. Ode 8. Lydia die, per omnes Te deos oro Sybarim cur properas amando perdere.

Sybaritæ, *σύνεροι*. Populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omnique deliciarum genere adeo effeminati, ut Sybaritica mensa in proverbium abiit. Traditur huius fuisse consuetudinem, ut convivis in proximum annum invitarent, ne spatium interim decideret, aut convivatori conquiritis terra, marique delicias epulas instruendi, aut convivis ipsius corpus auro, gemmisque exornandi. Hi postmodum adversus Crotonatas bello suscepto, quum trecenta hominum millia in acie duxissent, turpissimè tamen victi, unaque cum urbe sua sunt delicti.

Sybaritidis, *σύνερος*, Patronymicum foemininum à Sybaritis populi formatum. Ovid. de Trist. ad Augustum: Nec qui copulavit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius, opus Hemithionis cuiusdam cinardi de generibus voluptatum, & oblectamentorum deliciarum.

Sybotæ, *σύνεροι*, pen. corr. Stephano, Insula est ante Leucadiam, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Sycaminon, *σύνερος*, Oppidum fuit in ora Phoenices, cuius iura utare nihil præter memoriam extitisse, auctores sunt Plin. lib. 5. cap. 19, & Strab. lib. 16. & Sycaminon item Græcis motum appellat, a sibo temque ipsam Sycamineam, *σύνερος*.

Syce, *σύνερος*, Insula est Asiae adiacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Sychæus. Vide supra SYCHAEVS.

Sycoris, Plin. lib. 3. cap. 3. fluvius Hispaniae, juxta Herdenfer, dicitur adunum gentes. Lucan. Hesperios inter Sycoris non ultima amnes. Vide SICORIS.

Sycus, *σύνερος*, Insula est in mari Aegæo, ante Ephesum: de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

Syderis, Fluvius in sinibus Caspiorum & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum, incipit appellari. Autor Plin. lib. 6. cap. 16.

Sydra, *σύνερος*, Oppidum est Iscaris, quæ est regio Asiae, media inter Siciliam & Pamphyliam, Steph.

Syene, *σύνερος*, Vulgo Gageura. Ger. Ein Stat in Aegypten vnder dem Reys Eridi getogen jeh Gageura.] Vrbis in cõfinibus Aethiopiae atque Aegypti, non procul à Nilo, supra Alexandria, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancris directe locata: unde sole existente in Cancro, medio solstitii die supra verticem civitatis nullam proflus in ea umbram jacit, ait Plin. libro 2. cap. 73. Lucan. lib. 2. umbras nulquam flectente Syene.

Sygaros, *σύνερος*, Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati circa littora errantes moriuntur. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Sylla, per simplex l, Mons Lucaniae, sylvam habet ejusdem nominis, Jano cinis crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur, *σύνερος*, quod est præditi. Salustius de fugitivis: In sylvâ (inquit) Sylla fuerunt. Virg. 12. Aen. Ac velut ingenti Sylla, summoque Taburno, Quum duo, &c.

Sylla, duplicato l, *σύνερος*. Fuit Romanus nobilis, teste Salustio, & ex antiqua Scipionum familia originae duxit. Hic in adolefcentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, usque ad Quæsturam, quæ sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutavit. Literis Græcis & Latinis bene traditus fuit, facundus, acer, astutus, glorie cupidus, sui securus, pecunie maxime largitor, animo grandis: adeo ut de illo dubitari potuerit (inquit Salust.) fortiorne an foelicior esset. Missus à Mario ad Bocchum regem legatus, lugurtham victum retulit. Deinde & Mithridatè Asiæ crudelissimè vastantem compescuit: foelicis belli ludus re-

preffit: Cinnæ dominatione fregit: & Marium, qui olim se Quæstorem sustulderat, ipsam illam provinciam proscriptum & exulem coegit petere. Dictator deinde effectus, in Republicâ oppressit, ut teste Cic. in Verr. nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset. Postmodum Repub. constituta, Dictatoris depositus, & privatus Puteolos cõcessit: ubi & pediculari morbo perit. Quapropter Cæsar lullius dicere consuevit, illum literas nescivisse: quia dictaturâ deposuisset, ut scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Appellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primò sacra fecit: cuius posteri duabus sublati literis, Syllæ sunt appellati: Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capillo fuerit, similes Syllæ sunt appellati. Inde profectum ut effeminati in ludis, Sylli dicerentur. Sospiter lib. 1.

Syllanion, *σύνερος*, Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Sylofon, *σύνερος*, Polycratis Samiorum tyranni frater, qui quum Dario Hytaspis filio vestis quæ ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidè dono accepit. In qua administranda crudelissimè se se gessit, atriam civibus exhaustis. Vnde tractum est proverbium: *σύνερος* *σύνερος* *σύνερος*. Hoc est, Sylofontis opera facta est loci amplitudo.

Sylvanus, [Ger. Der Waldgott Pan.] Sylvanum Deum, qui Cypanisum puerum in deliciis habuisse dicitur, eundemque in arborem sui nominis: hoc est, in cupressum transformatum. Fabulantur enim Poetæ, Cypanisum cervam habuisse mansuetam, eamque unice adamasse, quam quum Sylvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cujus mortem ægred ferens Sylvanus, in arbore cupressum eum commutavit, quam amatu delictio semper dicitur circumferre. Quidam Sylvanum eundem esse putant cum Pane, Virg. Georg. lib. 1. Georg. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset: Pan ovium cultos, &c. interjecta deinde Minervæ, & Triptolemi mentione, subdit tandem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Quem locum explicans Servius: Publica (inquit) cætemoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse *σύνερος* *σύνερος* *σύνερος*. Deum vero idem. *σύνερος* autem est sex omnium elementorum vis est, ignis sordidior, & aer, item & aqua, & terra, sordidiora unde cuncta procreantur. Quam *σύνερος* Latini materiam appellaverunt: nec incongruè, quum materiae sylvanæ sint. Ergo quem Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plinius libro 12. capite 1: Quin & Sylvanos, Faunosque, & deorum genera sylvæ ac sua nomina tanquam cælesti attributa credimus.

Sylvia, quæ & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte concepta (ut Romani credi voluerunt) Romulū peperit, & Remū, urbis Romanæ conditores. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe. & Est & Sylvia apud Virg. 7. Aen. nomen sororis Thyris: pastus regi armeni, cuius cervus mansuetus à Trojanis vulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos advenas.

Sylvius, Alcanii filius, Acneque nepos: ita dictus quod casu quodam in sylvis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemæi: Parthorum, Artaces. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe.

Symæ, live Syme, *σύνερος*, Insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum tremibus aptum, & navale navium viginti. Autor Strabo lib. 14.

Symæchis, *σύνερος*, Fluvius Siciliae, non longè ab Actua, qui (ut ait Strabo lib. 6.) agrum Caræeam irrigat.


Symæthia, *σύνερος*, um, adjectivum. Virg. 9. Aen. Eductum Mattis Iulco Symæthia circum Flumina.

Symbari, Populi feri, inter Arabiae montes & Nilum incolentes, elephantumque venatu visitantes. Autor Plin. lib. 6. ca. 31.

Symæ, *σύνερος*, Insula Cariæ adiacens, medio fere spatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31. Vide supra in dictione SYMA.

Symmachus, pen. corr. *σύνερος*, Proprium nomen oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantiaopolim, ad Theodosii liberos, rogatum ut Vestales à Christianis destrui minime paterentur. Cujus rei gratia putabant se adventu multa à deo esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutaverunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctissime patrum syncretæ: cuius meminit Iusebius. & Græcis alioqui *σύνερος* belli socium significat, quemadmodum & *σύνερος* belli societatem.

Symplegades, penult corrept. *σύνερος*, quæ & Cyaneæ, insulae duæ sunt, live potius scopuli trans Bosphorum Thracicum, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se disteret intervallo, ut ex adverso quidem intrantibus geminae cernantur, paulum vero deflecta acie, cõcurrentium speciem præbent. Quæ



res occasionem præbuit Poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concurrere tradunt. Vnde & nomen accepit dicitur & vnde hoc est, à concurrere, vel conflando. Ovidius: Complessos utinã Symplegades elissicat. Nominativus singularis est Symplegas, pen. prod. Martial. lib. 11: Si constringantur geminas Symplegade cull. Quo in loco per geminam Symplegadam nates ipsas intelligit.

Synestus, *synestus*, Pentapoli Africa, philosophos Christianus, præsul Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Auctor Suidas.

Synnada, *synnada*, Civitas majoris Phrygiæ. De hac Strabo libro 10. sic scribit: Synnada urbi non magna, ante quam planities jacet oleis confusa, sexaginta ferè stadiorum. Viterius est Docima vicus, & Synnadiæ lapidis fodina: sic enim cum Romani appellatur: indigene verò Docimeten, & Docimeam. Vena in initio parvas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorù sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastræ lapidi proximæ. Dicitur & Synnada, adiv, ut apud Sidontum.

Syphax, *syphax*, genitivi prod. *syphax*, Numidiæ rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, belli que societatem cum eo inisset, postea violata fide Annibali adhaesit. Tandem victus à Massinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, à quo in triumpho circumductus, & deinde in carcerem inclusus inedia vitam finit, regno ejus Massinissæ concessio. Claud. de Bello Gildonico, Syphacem extulit, media syllaba correpta: haurit venena, Compulsum durum Syphacem fratremque Metelli. Alii tamen ferè omnes consilanter producant. Propert. libro 3: Annibalis spolia, & duri monumenta Syphacis. Ovid. 6. Fal. Postera lux melior: vincit Massinissa Syphacem.

Syracusa, *syracusa*, pen. pro. [*syracusa*]. Vulgò *Saragusa*. Ger. Ein Bastion. Sic in Sicilia ubi am vorstet Pachino, so gran Nuffgang sieset getegm haust jeat Saragusa. Civitas Sicilia amplissima, sub Pachyno monte sita, ubi fons Arethusa ab Alphæo (ut creditur) Eliis fluvio per subterraneos cuniculos meas, magna aquarum ubertate erumpit. Cicer. 6. Ver. scribit Syraculas urbem esse maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque, quæ ex quatuor quasi urbibus maximis constare videatur, quarum una insula nominatur: altera Acradina: tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo, in ea extructo: quarta Neapolis. Syracusan: multos claros principes habuerunt, sed præcipuè clarissimum Dionysium seniores. Qui quum apud filium Dionysium videret ingentem vasorum aureorum, argenteorumque copiam, exclamans, inquit: In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliat. Ambo tamen Dionysii philosophi fuerunt, amboque Platonem audierunt. Ex Syraculis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est.

Syræcus, *syraecus*, *syraecus*, Gentile, formatum à Syraculis, *Syræcus*, *syraecus*.

Syraculus, *syraeculus*, *syraeculus*, Vel abjecta voce calij subjunctiva, Syraculus, ejusdem significationis est cum superiore. Virgil. 6. Aeglog. Prima Syraculo dignata est ludere versu. Ovid. in Ibin: Utque Syraculo, præstricte faucis, poëta: Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.

Syria, [*syria*]. Ger. Ein gressi landtschaft in Asia, sohet an das Mittelmeer und Cilicia: item an sus Euphrat/ Ægypte und Arabiam. Vulgò *Soria*. Regio Asia, quæ ab Oriente fluvio Euphrate: ab Occidente nostro mari, & Ægypto terminatur. Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ: à Mendie Arabiam: cujus insignes civitates (ut lib. 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Beirys, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cesarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Calias, Libanus: fluvii, Euphrates, Chysothoas, Singas: regiones Phœnice, Palæstina, Iudæa, Idumæa, Comagena, Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quod sit ut nec frigore nimia neget, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt divisionem, in Syriam, Assyriam, Leuco-syriam, & Cœlesyriam. Plin. lib. 5. ca. 12: Mesopotamiam quoque, & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusque Syriæ partem facit Assyriam. Multi confundunt (ut Herodotus) qui Syriam à Græcis dictam, Assyriam à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam, quæ nunc Syria dicitur, de tracta syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 23: Citra amnes (inquit) provincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tum & multiformi feracitate divissima: quæ per populos, pagosque amplas diffusa, quondam & copiosa, ad unum concessit vocabulû, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Trajani vita Attyriam Barbaris dictam littera in: mutata, quam Assyriam nos vocamus, indicat.

Scriptores in eo ferè conveniunt omnes, ut Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Syri, Syrorum, [*syri*]. Sunt ejus regionis populi ludis, celebritatibus quædediti. Perungitur nomen pretioso, & linuntur unguentis. Maximam diei partem in comestationibus absumunt & potu. Masculi à XIIII. anno, femine à XII. usque ad LXV. tributo obligantur. Fortunâ colunt. Prima autem dictionis hujus syllaba contrahitur, quum in Syria insula eadem producat. Juven. Sat. 6: Quam quæ longioris veritatis cervicem Syrorum. Syri olim afluviæ nomine male audierunt, quemadmodum & Phœnices. Vnde factus est locus proverbiorum: *Syri & Phœnices*: hoc est, Syri adversus Phœnices: quo vitur quoties significare volumus duos egregie afluos hoc agere ut dolis se mutuò circumveniant. Hæc Suidas.

Syriana, [*syriana*]. Mulier à Syria: Nam quæadmodum à Libys fit Libylla, ita à Syris, Syriana. Virg. in Moreto: Copa Syriana caput Græcia redimita mitella.

Syriana, num. denominativum: [*syriana*]. ut quem Syria pyra. Columel. lib. 5. cap. 10: Ea sunt Crustumina, regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Syriacus, [*syriacus*]. Gall. *Syrien*, de *Syrie*. Ital. *Soriano*, di *Soria*. Hisp. *Lo de Syria*. Vir. *Syriacoli*. Jut Syriaci boves. Plin. lib. 3. ca. 45: Syriaci non sunt palearia. Syrica radix pro silphio, quod Latini laserpitium vocant: quia (ut inquit Dioscorides) ex Syria & Media optima habet: quod radix adferrebat. Colum. lib. 11. ca. 13: Nec minus è vernum & æstivum fructum voles habere. Syriacæ radices, & rapî, napique, semina oboves. Syriacus ros, cœli sudor, sive æstis sese expurgantis succus, in foliis stirpium concretescent, præcipuè in Syria, juxta Libanum montem: unde & nom. accepit, *syriacus*. Arabes *Manna* appellant: quo nomine utuntur & officinæ. Columel. lib. 9. cap. 13: Nam vel grana mali Punici tunia & vino amineo cõspersa vel uve passæ cum rose Syriaco cum pari mensura pinxit. Syriacus raphanus, à Syria, unde primùm advectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteri raphani speciei sua viosior & tenerior, & patientior hyeme. Vnde Plin. lib. 10. cap. 5.

Syrianius, [*syrianius*]. Alexandrinus Philosophus Platonicus, docuit Athenis, scripsitque in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonem Rem publicam, & alia. Hujus discipulus & successor fuit Proclus Suidas.

Syriacæ, [*syriacæ*]. Populi sunt inter Nomadas India, nam in loco foramina tantum habentes, angustum modo lopespedes. Auctor Plin. lib. 7. cap. 2. Dicit à silulis & calamis avenarum quibus cibum capiunt. Solinus: Alii concretum os habet, mollicum tantum foramen, quo calamis avencarum cibos hauriunt. *Syriacæ* enim Græci silulas appellant.

Syritha, Filia fuit Danorum regis Sylvaldi, tante pudicitie, ut quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia peteretur, spiritus tamen omnibus, prætulit calidatam. Saxo libro 7.

Syrna, [*syrna*]. Oppidum in Chersoneso Carie adhaerenti, à Podalirio conditum, à nomine Syrnæ uxoris ejus ita appellat. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset egressus, à caprario quodam fuisse servatû, & ad Damathû regem deducit, cujus filiam de tecto delapsam quæ detracta ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus hominis ingenium Damathus, filiam ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Chersonesio illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidit urbes traditur, quarum alteri uxoris, alteri patris nomen indidit. Auctor Steph.

Syrophœnices, pen. prod. [*syrophœnices*]. Populi Asia, idem è Phœnices: ita dicit quod maxima Syria incolant loca. Juven. Sat. 8: Obvius assiduo Syrophœnices udur amomo.

Syrphabis, Darii mater, quæ audita morte Alex. à dno, sese perperam nocti dedit. Auctor Curtius.

Syrtes, num. [*syrtis*]. Gall. *Les Syrtis*, *leser salinissimo en la mer de Libye*. Ital. *Sarthe*. Ger. *Syrtis* *gelatim* *istet in West necht in die carven negen des Gande so das Wasser einet hit das die esst wirt. Hispan. *Baños de Berberia*. Pol. *Haki pafornu wozpobykion*. *Syrtis*, *axtegerbe vala eskaly hely*. Ang. *Saulte piau in the sea of Libya*. Duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, quæ Africa propuè dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocat) CCC. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cysrenicâ vergit, major Syrtis dicitur: habetque circum D.CXXXV. M. passuum. Vtraque Syrtis navigantibus est periculosissima, quod mare ibi vadofum sit, arena vehens cumulos, qui loca faciem vicissim immutant, dorsaque & brevia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Salustius in lugurth. Duo sunt sinus propuè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamè natura, quorum proxima terris perlata sunt: cæterum uti fors tulit, alta, alias tepiditate vadofa. Nam ubi mare magnum esse & ventis saevire cogit, li-*

